Miſer es vbicūq₃ fueris et quocūq₃ te verteris. niſi ad deum te conuertas: Quid turbaris quia non ſuccedit tibi ſicut vis ⁊ deſideras: Quis ē q̄ habet omnia ſm ſuam volūtatē: Nec ego nec tu. nec aliq̄s hominū ſup terrā: Nemo eſt i mundo ſine aliq̄ tribulatione vel anguſtia. q̄uis rex ſit vel papa. Quis ē q̄ meli⁹ habet: vtiq₃ qui pꝛo deo aliq̄d pati valet. Dicunt m̄lti imbeciles ⁊ infirmi: Ecce q̄ bonā vitā ille homo habet q̄ diues. q̄ potēs q̄ excelſ⁹ q̄ magn⁹ q̄ pulcher. Sed attēde ad celeſtia bōa ⁊ videbis q̄ oīa iſta tp̄alia nulla ſt. ſ₃ valde icēta ⁊ magis grauātia. q₂ nūq̄ ſine ſollicitudine ⁊ timoꝛe poſſident. Nō eſt homis felicitas habē tp̄alia ad abūdātiā ſ₃ ſufficit ei mediocritas. Uere miſeria eſt viuere ſup terrā. Quanto homo voluerit eſſe ſpūalioꝛ. tanto pꝛeſens vita fit ei amarioꝛ: q₂ ſētit meli⁹: ⁊ videt clarius hūane coꝛruptiōis defect⁹. Nam comedere bibere: vigilare: doꝛmire quieſcere laboꝛare ⁊ ceteris neceſſitatib⁹ nature ſubiacere: vere magna miſēia ē ⁊ afflictio hōi deuoto: q̄ libenter eſſet abſolut⁹ ⁊ libē ab omi peccto Ualde enim grauat interioꝛ hō neceſſitatibus cōpoꝛalib⁹ i h⁹ mūdo Uñ ꝓpha duote rogat q̄ten⁹ lib ab iſtis eſſe valeat dicēs: De n̄eceſſitatib⁹ meis erue me dn̄e. S₃ ve n̄ cognoſcētib⁹ ſuā miſiā: ⁊ ampli⁹ ve illis qui diligūt hāc miſeriā et coꝛruptibilē vitā. Nā in tantū quidā hāc amplectunt. licet ēt vix neceſſaria laboꝛādo aut meditādo hābeant. vt ſi hic poſſent ſemp viuē de regno dei nihil curarēt. O iſani ⁊ infideles coꝛde: q̄ tam ꝓfūde in terris iacent: ut nīl niſi carnalia ſapiāt. S₃ miſeri adhuc i fine grauiter ſentient q̄ vile ⁊ nihilū erat q̄d amauerunt. Sancti aūt dei ⁊ oēs deuoti amici xp̄i nō attenderunt q̄ carni placuerūt. nec que i hoc tempoꝛe floꝛuerūt: ſed tota ſpes eoꝝ ⁊ intētio ad eterna bona anehlabat ferebat totū deſideriu₃ eoꝛum ad manſura ⁊ iuiſibilia. ne amoꝛe viſibilium traherent ad infima. Noli frater āmittere cōfidentiā pꝛoficiendi ad ſpūalia. adhuc hābes tempus ⁊ hoꝛam. Quare vis pꝛocraſtinare ꝓpoſitū tuū: Surge ⁊ in inſtanti incipe ⁊ dic: Nunc tēpus eſt faciēdi: nūc tempus eſt pugnandi: nūc tempus aptū eſt emendandi. Quando male habes ⁊ tribnlāis tūc tēpus eſt pꝛomerēdi. Opoꝛtet te trāſiī p ignem ⁊ aquā āteq̄ venias in refrigeriū. Niſi tibi vim feceris: vitiū nō ſuperabis. q̄diu iſtud fragile coꝛp⁹ gerim⁹. ſine peccato eſſe non poſſum⁹: nec ſine tedio ⁊ doloꝛe viuere. Libenter haberem⁹ ab omi miſeria q̄ete₃: ſ₃ q₂ per peccatū p̄didim⁹ innocētiā amiſſim⁹ etiā verā beatituidnē. Ideo opoꝛtet nos tenē patientiā ⁊ dei expectare

mĩaȝ: donec trãſeat iniq̃tãs hec: ⁊
mõtalitas abſõbeat a vita. O q̃ta
fragilitas humana q̃ ſẽꝑ ꝓna ẽ ad
vitia. Hodie cõſiteris pccã tua: et
cras iteꝝ ꝑpetras cõfeſſa Nũc ꝑ-
ponis cauere: ⁊ poſt horaȝ magis
quaſi nihil propoſuiſſes. Merito
ergo noſipſos humiliare poſſumꝰ
nec vnquam aliquid magni de no
bis ſentire: quia tam fragiles et in
ſtabiles ſumus: Cito etiã poteſt ꝑ-
di per negligentiam: quod multo
labore vix tandem acquiſitum eſt
per gratiam. Quid fiet de nobis
ad huc in fine: qui tepeſcimũs taȝ
mane? Ue nobis ſi ſic volumꝰ de
clinare ad quietem. quaſi iam pax
ſit et ſecuritas: cum necdum appa
reat veſtigium vere ſanctitatis in
noſtra conuerſatione. Bene opus
eẽt qȯ adhuc iterũ iſtitueremur: tã-
q̃ boni nouitĩ ad mores optimos
ſi forte ſpes eſſ; de aliq̃ futura emẽ
datione: ⁊ maiori ſpũali ꝓfectu.

De meditatiõe mõtis. Ca. xxiĩ

Valde cito erit tecũ hoc fa
ctũ. Uide aliĩ quõ te ha-
beas. hodie hõ eſt ⁊ cras
nõ cõpãret. Cũ ãt ſblatꝰ fuerit ab
oculis: cito etiã tranſit a mente. O
hebetudo ⁊ duritia cõdis humani
q̃ ſolũ preſentia meditaṫ: ⁊ futura
nõ magis preuidet. Sic te in omni
facto et cogitatu deberes tenere:
q̃ſi ſtatim eſſes moriturꝰ. Si bonã
ꝯſcientiã haberes. nõ multũ mõtẽ
timeres. Melius eſſet peccata ca
uere. q̃ꝫ mortẽ fugere. Si hodie nõ
es paratus: quõ cras eris? Cras ẽ
dies incerta: ⁊ quid ſcis ſi craſtinũ
habebis? Quid ꝓdeſt diu viuere
quãdo tam parũ emẽdamur? Ab
longa vita non ſemꝑ emendat: ſed
ſepe culpam magis auget. Utinam
per vnã diẽ bene eſſemꝰ ꝯuerſati i
hoc mundo. Multi ãnos cõputãt
cõuerſionis: ſed ſepe paruus ẽ fru
ctus emẽdatiõis. Si fõmidoloſuȝ
eſt mori. forſitan periculoſiꝰ eſt diu
tius viuere. Beatus qui horã mõtl
ſue ſemper ante oculos habet ⁊ ad
moriẽdũ ſe quotidie ſe diſpõit. Si
vidiſti aliquãdo hominẽ mori: co-
gita q2 ⁊ tu ꝑ eandeȝ viaȝ trãſibis
Cũ mane fuerit. puta te ad veſpeꝝ
nõ ꝑuenturũ. Ueſꝑe aũtẽ facto ma-
ne nõ audeas tibi polliceri. Semꝑ
ḡ paratꝰ eſto ⁊ taliṫ viue: vt nũquã
te imparatũ mors inueniat. Mul
ti ſubito ⁊ iprouiſe moriunṫ. nã ho
ra qua nõ putaṫ. filius hois ventu
rꝰ ẽ. Quãdo illa extrema hora ve
nerit. multũ aliter ſentire incipies
de tota vita tua preterita: ⁊ valde
dolebis q̃ꝫ taȝ negligens ⁊ remiſſꝰ
fuiſti. Quã felix ⁊ prudẽs qui talꝛ
nũc nitiṫ eſſe i vita. q̃lis optat iue-
niri i morte. Dabit nãq; magnã cõ
fidẽtiã feliciṫ moriẽdi ꝑfectus con-
tẽptꝰ mũdi: feruẽs deſideriũ in vir
tutibꝰ proficiẽdi: amor diſcipline:
labor penitẽtie. promptitudo obe
dientie: abnegatio ſui: ⁊ ſupporta-
tio cuiuſlibet aduerſitatꝭ pro amo-
re xpi. Multa bona potes operãl
dũ ſanus es: ſed infirmatꝰ neſcio
quid poteris. Pauci ex iſirmitate
emendãṫ: ſic ⁊ q̃ multũ ꝑegrinãtur

raro ſanctificantur. Noli confide-
re ſuper amicos ⁊ ꝓximos: nec i
futurũ ſalutē tuā differas: q̃ citius
obliuiſcent̃ tui hōines q̄ eſtimas
Melius eſt nūc tēpeſtiue prouide
re ⁊ aliquid boni p̄mittere: q̄
ſuper alioꝝ auxilio ſperare. Si nō
es pro teipſo ſollicit⁹ modo: quis
erit pro te ſollicitus i futuro. Nūc
temp⁹ ē valde precioſū: ſʒ ꝓhdo-
lor q̄ hoc inutilius expēdis. i quo
ꝓmereri vales vnde eternalit̃ vi-
uas. Ueniet quando vnū diē ſeu
horā pro emēdatione deſiderabis
⁊ neſcio an impetrabis. Eya cariſ
ſime de quāto periculo te poteris
liberare. de q̄ magno timore eripe
re: ſi modo ſemꝑ timorat⁹ fueris
⁊ de morte ſuſpectus. Stude nūc
taliter viuere. vt i hora mortis va
leas poti⁹ gaudere q̄ timere. Diſce
nunc mori mūdo: vt tūc incipias
viuere cū xp̄o. Diſce nunc omnia
ꝯtemnere: vt tūc poſſis libere ad
xp̄m pergere. Caſtiga nūc corpus
tuū per penitentiā: vt tunc valeas
certā habere cōfidentiā. Ah ſtulte
quid cogitas te diu victurū. cum
nullū diem habeas ſecurū? Quaʒ
multi decepti ſunt: ⁊ inſperate de
corpore extracti. Quotiēs audiſti
a dicentibus q̃ ille gladio cecidit
ille ſubmerſ⁹ ē. ille ab alto ruens
ceruicē fregit. ille māducando ob
riguit. ille ludendo finē fecit: alius
igne. alius ferro. ali⁹ peſte: ⁊ ali⁹
latrocinio periȷ̄t: ⁊ ſic omniū finis
mors ē: ⁊ vita hoīuʒ tanq̄ vmbra
ſubito ꝑtranſit. Quis memorabit
tui poſt mortē: ⁊ quis orabit ꝓ te
Age age nūc chariſſime quicquid
agere potes. q̃ neſcis quādo mo
rieris: neſcis etiā q̄d tibi poſt mō
tē ſeq̄tur. Dū tēpus habes ꝯgrega
tibi diuitias imortales. Preter ſa
lutē tuā nihil cogites. ſolū que di
ſūt cures. Fac nūc tibi amicos ve
nerando dei ſanctos. ⁊ eoꝝ actus
imitādo: vt cū defeceris i hac vita
illi te recipiāt i eterna tabernacl'a
Serua te tāq̄ peregrinū ⁊ hoſpitē
ſuꝑ terrā. ad quē nihil ſpectat de
mūdi negociȷ̄s. Serua cor liberū
⁊ ad deū ſurſum erectū: quia non
habes hic manentē ciuitatē. Illuc
preces ⁊ gemitus quotidianos cū
lachrymis dirige: vt ſpirit⁹ tuus
mereat̃ poſt mortem ad dn̄m feli-
citer tranſire. Amen.

## De iudicio ⁊ penis peccato-rum. Cap. xxiiȷ̄.

In omnibus reb⁹ reſpice
finem: ⁊ qualiter ante di
ſtrictū iudicem ſtabis. cū
nihil eſt occultū. qui muneribus
non placatur: nec excuſatiōes re-
cipit. ſed quod iuſtū eſt iudicabit
O miſerime ⁊ inſipiens peccator
quid reſpōdebis dō. omnia mala
tua ſcienti: qui interduʒ formidas
vultuʒ hominis irati? Ut quid nō
preuides tibi in die iudiciȷ̄. quādo
nemo poterit per aliū excuſari vl'
defendi. ſed vnuſquiſq̄ ſufficiens
onus erit ſibi ipſi? Nūc labor tuus
eſt fructuoſus. fletus acceptabilis
gemit⁹ exaudibilis. dolor ſatiſfa-
ctori⁹ ⁊ purgatiu⁹. Habet magnū

⁊ ſalubꝛe purgatoriũ patiẽs hõ q̄
ſuſcipiens iniurias.plus dolet de
alteri⁹ malitia.ꝙ de ſua iniuria:q̄
pro contrariãtib⁹ ſibi libẽter orat
⁊ ex corde culpas indulget:qui ve
niã ab alijs petere non retardat:
qui facilius miſeret ꝙ iraſcit:qui
ſibiipſi violentiã frequenter facit
⁊ carnem ſuã omnino ſpiritui ſub
iugare conatur. Meli⁹ eſt modo
purgare peccata ⁊ vitia reſecare.
ꝙ i futuro purgãda reſeruare.Ue
re noſipſos decipimus ꝑ inordinatũ
amorẽ quẽ ad carnem habemus.
Quid aliud ille ignis deuorabit ni
ſi peccata tua?Quãto amplius ti
biipſi nunc parcis.⁊ carnẽ ſeqne
ris.tanto duri⁹ poſtea lues:⁊ ma
iorẽ materiã cõburẽdi reſeruas.
In quibus homo peccauit:in illis
grauius puniet.Ibi accidioſi arden
tibus ſtimulis purgent:⁊ guloſi in
genti fame ac ſiti cruciabunt.Ibi
luxurioſi ⁊ voluptatũ amatores ar
denti pice ⁊ fetido ſulphure perfũ
dent.Et ſicut furioſi canes pre do
lore inuidioſi vlulabunt.Nullũ vi
tiũ erit quod ſuũ ꝓpriũ cruciatũ
nõ habebit.Ibi ſuperbi omni con
fuſione replebunt:⁊ auari miſerri
ma egeſtate artabunt Ibi erit vna
hora grauior i pena:ꝙ hic centũ
anni in amariſſima penitẽtia.Ibi
nulla requies eſt ⁊ nulla ꝯſolatio
damnatis.Hic tamẽ iterdũ ceſſat
a laborib⁹:atq; amicoꝝ fruit ſola
tijs.Eſto modo ſollicit⁹ ⁊ dolens
ꝓ peccatis tuis:vt i die iudicij ſis
ſecurus cũ beatis.Tunc eni; iuſti
ſtabunt in magna cõſtãtia aduer
ſus eos qui ſe anguſtiauerũt ⁊ de
preſſerũt.Tunc ſtabit ad iudican
dũ:qui modo ſe ſubijcit humiliter
iudicijs hominũ.Tũc magnã fiduci
am habebit paup ⁊ humilis:⁊ pa
uebit vndiq; ſuperb⁹.Tũc videbit
ſapiẽs i hoc mũdo fuiſſe:qui pro
xpo didicit ſtultus ⁊ deſpect⁹ eſſe
Tũc placebit omnis tribulatio pa
tienter perpeſſa.⁊ omnis iniq̃tas
oppilabit os ſuũ.Tũc gaudebit
ois deuot⁹ ⁊ merebit ois irreligio
ſus.Tũc plus exultabit caro affli
cta:ꝙ ſi in delitijs fuiſſet ſemꝑ nu
trita.Tũc ſplendebit habit⁹ vilis:
⁊ obtenebreſcet veſtis ſubtilis.tũc
plus laudabit pauperculũ domi
ciliũ:ꝙ deauratũ palatiũ.Tunc
plus iuuabit cõſtans patiẽtia:ꝙ
omnis mũdi potentia.Tunc am
pli⁹ exaltabit ſimplex obediẽtia:
ꝙ ois ſecularis aſtutia.Tũc plus
letificabit pura ⁊ bona ꝯſcientia
ꝙ docta philoſophia.Tunc plus
ponderabit cõtemptus diuitiaꝝ:ꝙ
totus theſaurus terrigenarũ.tũc
magis cõſolaberis ſuper deuota
oratione:ꝙ ſup delicata comeſtio
ne.Tũc poti⁹ gaudebis de ſerua
to ſilentio:ꝙ de longa fabulatiõe
Tunc plus valebũt ſancta opera:
ꝙ multa pulchra verba.Tũc plus
placebit ſtricta vita ⁊ ardua peni
tẽtia ꝙ ois delectatio terena.Diſce
nũc in modico pati:vt tũc a gra
uioribus valeas liberari.Hic ꝑmo
proba quid poſſis pati poſtea.Si
nunc tam parũ nõ vales ſuſtinere:

quō poterīs tūc eterna tormēta ſuf-
ferre? Si nūc modo modica paſſio tā
ipatientē efficit: q̄d gehēna tūc fa-
ciet? Ecce vere nō potes duo gau-
dia habere. delectari hic ī mūdo: ⁊
poſtea regnare in celo cū xp̄o. Si
vſq̄ ī hodiernū diē ſemp in hono
rib⁹ ⁊ voluptatib⁹ vixiſſes: quid
totū tibi pfuiſſet. ſi iam ī inſtanti
mori cōtingeret? Omnia ergo va-
nitas preter amare deū: ⁊ illi ſoli
ſeruire. Qui eni deū ex toto corde
amat. nec mortē nec ſuppliciū nec
iudiciū nec īfernū metuit: q2 pfe-
ct⁹ amor ſecurū acceſſū ad deū fa
cit. Quē autē adhuc peccare dele
ctat. nō mirū ſi mortē ⁊ iudiciū ti-
meat. Bonū tñ ē: vt ſi necdū amor
a malo te reuocat. ſaltē timor gehē
nalis cohercerat. Qui vo timorē dī
poſtponit. diu ſtare ī bono nō va-
lebit: ſ3 diaboli laq̄os citi⁹ īcurret

De feruēti emēdatione totius
vite noſtre. Cap. xxv.

Sto vigilās ⁊ diligēs in
dei ſeruitio ⁊ cogita frequenter ad quid veniſti: ⁊
cur ſeculū reliquiſti. Nonne vt dō
viueres: ⁊ ſpiritualis homo fieres
Igit ad pfectū ferueas: q2 mercedē
laborū tuorū ī breui recipies. nec
erit tūc ampli⁹ timor aut dolor in
finib⁹ tuis. Modicū nūc laborab
⁊ magnā reqē3. imo ppetuā leticiā
īuenies. Si tu pmanſeris fidelis ⁊
feruidus ī agēdo. de⁹ pculdubio
erit fidelis ⁊ locuplex ī retribuen-
do. Spē bonā retinere debes q̄ ad
palmā pueníes: ſ3 ſecuritatē capere
nō oportet ne torpeas aut elat⁹ fi
as. Cū. n. q̄dā anxi⁹ iter metū ⁊ ſpē
frequēter fluctuaret ⁊ q̄dā vice me
rore pfect⁹ ī eccleſia ante quoddā
altare ſe in oratiōe pſtrauiſſet, hec
iter ſe reuoluit dicēs? O ſi ſcirē q̄
adhuc pſeueraturus eſſe3: ſtatimq̄3
audiuit int⁹ diuinū reſpōſū. Quid
ſi hoc ſcires facere velles? Fac nūc
quod tūc facere velles ⁊ bene ſecu
rus eris. Moxq̄3 pſolat⁹ ⁊ pfortat⁹
diuine ſe cōmiſit volūtati. ⁊ ceſ
ſauit anxia fluctuatio: noluitq̄3 cu
rioſe iueſtigare vt ſciret que ſibi eſ
ſēt futura: ſ3 magis ſtuduit īquire
re que eēt volūtas dī bñplacēs ⁊
pfecta ad omne op⁹ bonū īchoan
dū ⁊ pficiēdū. Spera in dño ⁊ fac
bonitatē ait pp̄heta: ⁊ ihabita trā
⁊ paſceris ī diuitijs ei⁹. Unū ē q̄
multos a pfectu ⁊ feruēti emēda-
tione retrahit. horror difficultatis ſeu
labor certaminis. Enīuero illi ma
xime pre alijs ī vtutib⁹ pficiūt q̄
eaque ſibi magis grauia ⁊ pt̄raria
ſūt virib⁹ vīcere nitūt. Nā ibi hō
plus pficit ⁊ gratiā meret āpliorē
vbi magis ſeipſū vincit ⁊ ī ſpiritu
mortificat. Sed nō oēs habēt eque
multū ad vīcēdū ⁊ moriēdū. Dili-
gēs tñ emulator valētior erit ad p
ficiēdū etiā ſi plures habeat paſſi
ones q̄ ali⁹ bñ morigerat⁹. minus
tñ feruens ad vtutes. Duo tñ ſpeci
alit ad magnā emēdatiōe3 iuuant
videl3 ſubtrahere ſe violēter ad qḋ
natura vitioſe iclinat. ⁊ feruēter ī-
ſtare p bono q̄ āpli⁹ q̄s indiget.
Illa etiam ſtudeas magis cauere

⁊ vincere. que tibi frequēti⁹ i alijs
diſplicent. Ubiqꝫ ꝓfectū tuū capi-
as: vt ſi bona exēpla videas vel
audias. ad imitanduꝫ accendaris
Si quid autē reprehenſibile cōſi-
deraueris. caue ne idē facias: aut
ſi aliquādo feciſti. citius emēdare
te ſtudeas. Sicut oculus tu⁹ alios
conſiderat: ſic iteꝝ ab alijs nota-
ris. Quā iocūdum ⁊ dulce eſt vi-
derē feruidos ⁊ deuotos fratres be
ne morigeratos ⁊ diſciplinatos. q̄
triſte eſt ⁊ graue videre inordiate
ambulātes. q̄ ea ad que vocati ſūt
nō exercēt. Quā nociuū eſt negli-
gere vocatiōis ſue propoſitum. ⁊
ad nō commiſſa ſenſum iclinare.
Memor eſto arrepti propoſiti: ⁊
imaginem tibi propone crucifixi.
Bene verecundari potes inſpecta
vita ihū xpi: quia necdū magis illi
te conformare ſtuduiſti. licꝫ diu i
via dei fuiſti. Religioſus qui ſe in
tente ⁊ deuote in ſāctiſſima vita ⁊
paſſione dñi exercet. omnia vtilia
⁊ neceſſaria ſibi. abūdanter ibi in-
ueniet: nec opus eſt vt extra ihm
aliquid melius querat. O ſi ihus
crucifixus i cor noſtrum veniret
q̄ cito ⁊ ſufficienter docti eſſemus
Religioſus feruidus omnia bene
portat ⁊ capit que illi iubenṫ. Re-
ligioſus negligēs ⁊ tepidus habet
tribulationē ſuper tribulationem
⁊ ex omni parte patitur anguſtiā
quia iteriori conſolatione caret: ⁊
exteriorē querere prohibeṫ. Reli-
gioſus extra diſciplinā viuēs gra
ui ruine patet. Qui laxiora querit
⁊ remiſſiora. ſemꝑ i anguſtijs erit
q2 aut vnū aut reliquū ſibi diſpli-
cebit. Quomodo faciūt tam mul-
ti alij religioſi qui ſatis arti ſūt ſub
diſciplina clauſtrali? Raro exeunt
abſtracte viuūt. pauprime come-
dūt. groſſe veſtiūṫ. multū laborāt
parū loquunṫ. diu vigilāt. matur
ſurgunt. orationes prolongāt. fre
quenter legunt: ⁊ ſe in omni diſci-
plina cuſtodiūt. Attende carthuſi
enſes ciſtercienſes ⁊ diuerſe religi
onis monachos ac mōiales. qua
liter omni nocte ad pſallēdū dño
aſſurgūt. Et ideo turpe eſt vt tu de
beres in tam ſancto opē pigritarī:
vbi tāta multitudo religioſoꝝ inci
pit deo iubilare. O ſi nihil aliō fa
ciēdū incumberet. niſi dñꝫ deū no
ſtrū toto corde ⁊ ore laudarē. O ſi
nunq̄ indigeres comedere nec bi
bere nec dormire. ſꝫ ſemꝑ poſſes
deū laudare: ⁊ ſolūmodo ſpiritua
lib⁹ ſtudijs vacare: tunc multo fe-
licior eſſes: q̄ modo cū carni ex q̄
licūqꝫ neceſſitate ſeruis. Utinā nō
eſſēt iſte neceſſitates: ſꝫ ſolūmodo
ſpirituales anime refectiones. q̄s
heu ſatis raro ōguſtam⁹ Quādo
homo ad hoc peruenit q̄ d nulla
creatura cōſolationē ſuam querit:
tunc ei deus primo ꝑfecte ſapere i
cipit: tunc etiā bene contentus de
omni euentu rerū erit: tūc nec pro
magno letabiṫ. nec pro modico cō
triſtabiṫ: ſed ponit ſe integre ⁊ fi-
ducialiter in deo: qui ē ei omnia i
omnibus: cui nihil vtiqꝫ perit nec
moriṫ. ſed oīa ei viuūt ⁊ ad nutuꝫ

ſin incunctant deſeruiūt. Memēto ſemper finis: ꝛ quia perditū nō redit temp⁹. Sine ſollicitudine ꝛ diligentia nunq̄ acquires virtutes. Si incipis tepeſcere. icipies male habere. Si autē dederis te ad feruorē. inuenies magnā pacē: ꝛ ſenties leuiorē laborē propter dī gratiā ꝛ virtutis amorē. Homo feruidus ꝛ diligens ad omnia eſt paratus. Maior labor eſt reſiſtere vitijs ꝛ paſſionib⁹. q̄ corporalibus inſudare laboribus. Qui paruos nō vitat defect⁹. paulatim labitur ad maiores. Gaudebis ſemꝑ veſpere: ſi diem expendas fructuoſe Uigilia ſuper teipſum. excita teipꝫ admone teipſū: ꝛ quicq̄d de alijs ſit. nō negligas teipſū. Tantum ꝓficies. quantum tibiipſi vim intuleris.

Explicit liber primus
Incipit ſecundus.

De iterna cōuerſatiōe. Cap. j.

Egnū dei intra vos ē dicit dn̄s. Cōuerte te ex toto cōde tuo ad dominū: ꝛ relinque hunc miſerū mundum: ꝛ īueniet anima tua requiē. Diſce exteriora contēnere. ꝛ ad interiora te dare: ꝛ vidēbis regnū dei i te venire. Eſt enim regnū dei pax ꝛ gaudiū in ſpiritu ſancto: quod nō dat impijs. Ueniet ad te xp̄s oſtendēs tibi con-lationē ſuā: ſi dignā illi ab intus parauerís manſionē. Omnis gloria eius ꝛ decor ab intra eſt: ꝛ ibi cōplacet ſibi. Frequēs illi viſitatio cum homine interno. dulcis ſmocinatio. grata ꝯſolatio. multa pax familiaritas ſtupenda nimis. Eya anima fidelis prepara huic ſpōſo cor tuū. quaten⁹ ad te venire ꝛ in te habitare dignet. Sic enim dicit: Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit: ꝛ ad eū veniem⁹: ꝛ manſionem apud eū faciem⁹. Da ergo xp̄o locū: ꝛ ceteris omnibus nega introitū. Cum xp̄m habueris. diues es ꝛ ſufficit tibi. Ipſe erit prouiſor tuus. ꝛ fidelis procurator in omnib⁹: vt nō ſit opus tibi in hominibus ſperare. Hoīes enim cito mutantur: ꝛ deficiunt velociter: xp̄s autē manet in eternū ꝛ aſtat vſq̄ in finē firmiter. Non eſt magna fiducia ponēda in homine fragili ꝛ mortali. etiam ſi vtilis ſit ꝛ dilectus: neq̄ triſtitia multa capienda ex hoc ſi interdū aduerſet ꝛ contradicat. Qui hodie tecū ſunt cras contrariari poſſunt: ꝛ econuerſo ſepe vt aura vertunt. Pone totam fiduciā tuam in dn̄o: ꝛ ſit ipſe timor tuus ꝛ amor tu⁹ Ipſe ꝓ te reſpōdebit ꝛ faciet bene ſic̄ meli⁹ fuerit. Non habes hic manentem ciuitatē. ꝛ vbicūq̄ fueris extraneus es ꝛ peregrinus. nec requiē aliquādo habebis: niſi xp̄o itime fueris vnitus. Quid hic circūſpicis. cum iſte nō ſit locus tue requietionis? In celeſtibus debet eſſe habitatio tua: ꝛ ſicut in tranſitu cuncta terrena ſunt aſpicienda. tranſeunt omnia ꝛ tu cum eis pariter

Uide vt non inhereas. ne capiaris ꝛ pereas. Apud altiſſimū ſit cogitatio tua ꝛ deprecatio tua ad xp̄z ſine intermiſſione dirigatur. Si neſcis alta ſpeculari ꝛ celeſtia. requieſce i paſſiõe xp̄i. ꝛ i ſacris vulneribus eius libenter habita. Si eni ad vulnera ꝛ precioſa ſtigmata ihū deuote confugis. magnā i tribulatione confortationem ſenties nec multum curabis hominuꝫ deſpectiones. faciliterqꝫ verba detrahentium perferes. Xp̄s fuit etiā i mūdo ab hominib⁹ deſpectus. ꝛ i maxima neceſſitate a notis ꝛ amicis inter opprobria dereli|ct⁹. Xp̄s pati voluit ꝛ deſpici. ꝛ tu audes de aliq̄ cõqueri. Xp̄s habuit aduerſarios ꝛ oblocutores. ꝛ tu vis oēs habere amicos ꝛ bn̄factores? Vn̄ coronabit patientia tua. ſi nil aduerſitatis occurrerit? Si nihil contrarium vis pati: quomodo eris amicus xp̄i? Suſtine te cū xp̄o ꝛ pro xp̄o. ſi vis regnare cū xp̄o. Si ſemel perfecte introiſſes i interiora ihū ꝛ modicū de ardēte ei⁹ amore ſapuiſſes: tūc de proprio comodo vel incomodo nihil curares: ſꝫ magis de opprobrio illato gauderes. quia amor ihū facit hominē ſeipſuꝫ cõtemnere. Amator ihū ꝛ verus intern⁹ ꝛ liber ab affectionibus inordinatis poteſt ſe ad deū libere cõuertere ꝛ eleuare ſe ſupra ſeipſū in ſpiritu ac fruitiue quieſcere. Cui ſapiūt oia pro vt ſunt non vt dicunt aut eſtimantur. hic vere ſapiens ē ꝛ doct⁹ magis a deo q̄ ab hominib⁹. Qui ab intra ſcit ambulare ꝛ modicuꝫ res ab extra põderare. nõ requirit loca. nec tempora expectat ad habēda deuota exercitia. Hō intern⁹ cito ſe recolligit quia nūq̄ ſe totū ad exteriora effundit. Nõ illi obeſt labor exterior aut occupatio ad tēpus neceſſaria. ſꝫ ſicut res eueniūt ſic ſe illis accõmodat. Qui it⁹ bn̄ diſpoſitus eſt ꝛ ordinatus. nõ curat mirabiles ꝛ peruerſos hominū geſtus. Tantum homo impedit ꝛ diſtrahit. quantum ſibi res attrahit. Si recte tibi eſſet ꝛ bene purgatus eſſes: omnia tibi in bonum cederēt ꝛ profectum. Ideo multa tibi diſplicent: ꝛ ſepe cõturbant. quia adhuc non es tibiipſi perfecte mortu⁹ nec ſegregat⁹ ab omnibus terrenis. Nihil ſic maculat ꝛ implicat cor hominis. ſicut impurus amor i creaturis. Si renuis cõſolari exterius. poteris ſpeculari celeſtia: ꝛ frequenter interius iubilare.

## De humili ſubmiſſione ſub prelati regimine. Cap. ij.

[N]On magnipēdas quis pro te vel cõtra te ſit: ſed hoc age ꝛ cura vt deus tecuꝫ ſit in omni re quaꝫ facis. Habeas cõſcientiam bonam: ꝛ deus bene te defēſabit. Quem enim adiuuare voluerit. nullius peruerſitas nocere poterit. Si tu ſcis tacere ꝛ pati. videbis proculdubio domini auxilium. Ipſe nouit tēpus ꝛ modū liberandi te: ꝛ ideo debes te illi reſignare. Dei ē adiuuare ꝛ ab omni

ᶜonfuſione liberare. Sepe valde pꝛodeſt ad maioꝛem humilitatem conſeruandam. ꝙ defect⁹ noſtros alij ſciunt ⁊ redarguunt. Quando homo pꝛo defectib⁹ ſuis ſe humiliat. tunc faciliter alios placat. ⁊ leniter ſatiſfacit ſibi iraſcentibus. Humilem de⁹ protegit ⁊ liberat. humilem diligit ⁊ ꝯſolatur. humili homini ſe inclinat. humili largitur gratiam magnam: ⁊ poſt ſuaꝫ depꝛeſſionem leuat ad gloꝛiaꝫ humili ſua ſecreta reuelat ⁊ ad ſe dulciter trahit ⁊ inuitat. Humilis accepta contumelia ⁊ confuſione ſatis bene eſt in pace quia ſtat in do ⁊ non in mundo. Non reputes te aliquid pꝛofeciſſe. niſi omnib⁹ inferioꝛem te eſſe ſentias.

### De bono pacifico homine Cap. iij.

One te primo in pace: ⁊ tunc alios poteris pacificare. Homo pacific⁹ plus pꝛodeſt ꝙ bene doct⁹. Homo paſſionatus etiam bonum in malum trahit: ⁊ faciliter malum credit. Bonus pacific⁹ homo omnia ad bonum conuertit. Qui bene in pace eſt. de nullo ſuſpicatur: qui autē male contentus eſt ⁊ cōmotus. varijs ſuſpicionibus agitatur: nec ipſe quieſcit: nec alios quieſcere pmittit. Dicit ſepe quod dicere nō deberet: ⁊ omittit quod ſepe ſibi magis facere expediret. Conſiderat ꝙ alij facere tenent. ⁊ negligit quod ipſe facere tenetur. Habe ergo primuꝫ celum ſuper temetipſum. tūc celare poteris etiam iuſte pꝛoximū tuuꝫ. Tu benefacta tua ſcis excuſar̄ ⁊ tolerare: ⁊ aliorū non vis recipere excuſationes. Juſtius eſſet vt te accuſares: ⁊ fratreꝫ tuum excuſares. Si poꝛtari vis. poꝛta ⁊ alium Vide ꝙ lōge es adhuc a vera charitate ⁊ humilitate: que nulli nouit indignari vel iraſci niſi tm̄ ſibi ipſi Nō eſt magnū cum bonis ⁊ manſuetis conuerſari. hoc enim omnibus naturalit̄ placet: ⁊ vnuſquiſq̄ libenter pacem habet: ⁊ ſecuꝫ ſentientes magis diligit. Sed cū duris ⁊ peruerſis aut indiſciplinatis aut nobis contrariantibus pacifice poſſe viuere: magna gratia eſt ⁊ laudabile nimis virileq̄ factum. Sed ſunt qui ſeipſos in pace tenēt ⁊ cum alijs etiam pacem habent Et ſunt qui nec pacem habent: nec alios in pace dimittunt. Alij ſūt graues. ſed ſibi ſunt ſemper grauioꝛes. Et ſunt qui ſeipſos in pace retinent: ⁊ ad pacem alios reducere ſtudent: ⁊ tamen tota pax noſtra in hac miſera vita potius in humili ſufferentia ponenda eſt ꝙ in non ſentiendo contraria. Qui melius ſcit pati. paceꝫ tenebit maioꝛem. Jſte eſt victoꝛ ſui: ⁊ dominus mundi: amicus chriſti: ⁊ heres celi.

### De pura mente ⁊ ſimplici intentione. Cap. iiij.

Uabus alis homo ſubleuat̄ a terrenis. ſimplicitate ſcilicet ⁊ puritate Simplicitas debꝫ eſſe

in intentione: puritas in affectiõe Simplicitas intendit deũ: puritas apprehendit ꝛ guſtat. Nulla bona actio te impediet. ſi liber intus ab omni iordinato affectu fueris. Si nihil aliud ꝙ dei bñplacitũ ꝛ proximi vtilitatẽ intendis ꝛ queris: interna libertate frueris. Si rectuȝ cor tuũ eſſet: tunc omnis creatura ſpeculũ vite ꝛ liber ſancte doctrīe eſſet. Non eſt creatura tam parua ꝛ vilis que bonitatẽ dei nõ repreſentet. Si tu eſſes intus bonus ꝛ pur⁹. tũc omnia ſine impedimẽto videres ꝛ caperes bene. Cor purũ penetrat celum ꝛ infirmũ. Qualis vnuſquiſqȝ intus eſt: taliter iudicat exteri⁹. Si eſt gaudiũ i mũdo: hoc vtiqȝ poſſidet puri cordis homo: Et ſi eſt alicubi tribulatio ꝛ anguſtia. hoc meli⁹ nouit mala conſcientia. Sicut ferrum miſſum in ignem amittit rubiginem ꝛ totum candens efficit. ſic homo ad deuȝ ſe integre cõuertẽs a torpore exuit ꝛ in nouum hominẽ traſmutatur. Quando homo incipit tepeſcere: tũc paruũ metuit laborẽ. ꝛ libẽter externã accipit conſolationẽ. Sȝ quando perfecte incipit ſe vincere ꝛ viriliter in via dei ambulare: tũc min⁹ ea reputat: que ſibi prius grauia eſſe ſentiebat.

De propria conſideratione. Cap. vi.

On poſſumus nobiſipſis nimis credere. qꝛ ſepe nobis gratia deeſt ꝛ ſenſus Modicũ lumen eſt i nobis: ꝛ hoc cito ꝑ negligẽtiã amittim⁹. Sepe etiam non aduertimus ꝙ taȝ ceci intus ſumus. Sepe male agimus ꝛ peius excuſamus: ꝛ paſſione iterdũ mouemur ꝛ zelum putam⁹ Parua in alijs reprehendimus: ꝛ noſtra maiora pertranſim⁹. Satiſ cito ſentimus ꝛ põderam⁹ quod ab alijs ſuſtinem⁹: ſed quantũ alij a nobis ſuſtinent non aduertimus. Qui bene ꝛ recte ſua põderaret. nõ eſſet qđ de alio grauit iudicaret Internus homo ſui ipſius curam omnibus curis anteponit. ꝛ q̃ ſibi ipſi diligenter intendit. faciliter de alijs tacet: Nunꝙ eris internus ꝛ deuotus. niſi de alienis ſilueris: ꝛ ad teipſum ſpecialit̃ reſpexeris Si tibi ꝛ deo totalit̃ intendis. modicũ te mouebit quod foris percipis. Ubi es quãdo tibiipſi preſẽs nõ es: ꝛ quãdo omnia percurriſti quid te neglecto profeciſti? Si debes habere pacem ꝛ vnionẽ verã oportet ꝙ totũ adhuc poſtponas ꝛ te ſolũ pre oculis habeas. Multũ ꝓinde proficies ſi te feriatũ ab omni tẽporali cura cõſerues. Ualde deficies ſi aliquid temporale reputaueris. Nil altuȝ nil magnum nil gratũ nil acceptũ tibi ſit niſi pure deus aut de deo ſit. Totũ vanũ eſtima quicquid conſolationis occurrit de aliqua creatura. Amãs deum animã ſub deo deſpicit vniuerſa. Solus deus eternus ꝛ imẽſus implens omnia. ſolatiũ eſt anime ꝛ vera cordis leticia.

De leticia bone conſcien-
tie Cap̄.vj.

Loria boni hominis teſti
moniū bone cōſcientie ē.
Habe bonam cōſcientiā:
⁊ ſemper habebis leticiam. Bona
conſciētia valde multa poteſt por-
tare. ⁊ valde leta eſt inter aduerſa
Mala conſciētia ſemper timida ē
⁊ iquieta. Suauiter requieſces. ſi
te cor tuū non prehenderit. Noli
letari niſi cum benefeceris. Mali
nunq̄ habent verā leticiā nec in i
nā ſentiunt pacē. q2 nō eſt pax im-
pijs dicit dn̄s. Et ſi dixerit i pace
ſum⁹ nō veniēt ſup nos mala: ⁊ q̄ſ
nobis nocere audebit: Ne credas
eis: qm̄ repēte exurget ira dei ⁊ in
nihilū redigent act⁹ eoꝝ. ⁊ cogita
tōes eoꝝ peribūt. Gloriari i tribu
latiōe n̄ ē graue amāti. ſic eni glo-
riari ē i cruce dn̄i gloriari. Breuis
gloria que ab hominibus datur ⁊
accipitur. Mundi gloriam ſemper
comitat triſticia. Bonoꝝ gloria i
conſcientijs eoꝝ ⁊ nō in ore homi-
num. Juſtorū leticia de deo ⁊ i deo
ē: ⁊ gaudiū eoꝝ de veritate. Qui
veram ⁊ eternam gloriā deſiderat
temporalē non curat. Et q̄ tempo
ralē querit gloriā aut non ex ani-
mo cōtemnit mins amare cōuicit
celeſtem. Magnam habet cordis
trāquillitatē: qui nec laudes curat
nec vituperia. Facile erit content⁹
⁊ pacatus. cuius conſciētia mūda
eſt. Non es ſantior ſi lauderis nec
vilior ſi vitupereris. Quod es hoc
es nec maior dici vales q̄ deo teſte
ſis. Si attendis quid apud te ſis
intus non curabis quid te loquāt
homines foris. Hō videt in facie
deus aūt i corde. Homo ↄſiderat
actus: deus penſat intentiōes. Be
ne ſēp agere ⁊ modicū de ſe tenere
humilis anime iudiciu3 eſt. Nolle
cōſolari ab aliq̄ creatura. magne
puritatis ⁊ interne fiducie indiciū
eſt. Qui nullum extrinſec⁹ pro ſe
teſtimonium querit. liquet q̄ ſe deo
tataliter cōmiſit Non enim qui ſe-
ipſum comēdat ille ꝓbatus eſt ait
beatus paulus: ſed quem deus cō
mendat. Ambulare cum deo int⁹
nec aliqua affectione teneri foris:
ſtatus eſt interni hominis.

De amore ihū ſuper
omnia Cap̄.vij.

Eatus q̄ intelligit quid ſit
amare ihm: ⁊ contemnere
ſeipſū ꝓpt ihm. Oportet
dilectum pro dilecto reliquere: q2
ihus vult ſolus ſup omnia amari
Dilectio creature fallax ⁊ inſtabi-
lis dilectio ihu fidelis ⁊ pſeuera-
bilis. Qui adheret creature cadet
cū labili: qui amplectitur ihm fir-
mabitur in euum. Illum dilige ⁊
amicum tene tibi. qui omnibus re
cedētib⁹ te non dereliquet nec pa
tetur i fine perire. Ab hoīb⁹ opor
tet te aliqn̄ ſepari ſiue velis ſiue no
lis. Teneas te apud ihm viuēs ⁊
moriens: ⁊ illius fidelitati te com
mitte qui omnibus deficientibus
ſolus poteſt te iuuare. Dilect⁹ tu⁹
talis eſt nature ut alienum non ve
lit admittere ſ3 ſolus vult cor tuū

habere ꝛ tāq̄ rex i ꝓprio throno ſedere. Si ſcireſ te, bn̄ ab omni cretura euacuare. ihūs deberet libēter tecū habitare. Pene totū perditū iuenies. quicq̄d extra ihūz in omnibus poſueris. Non confidas nec innitaris ſuper calamū vento ſum quia omnis caro fenuz ꝛ omnis gloria eius vt flos feni cadet. Cito decipieris ſi ad externā hominum aparentiam tm̄ aſpexeris. Si enim tuum in alijs queris ſolatium ꝛ lucrū ſenties ſepe detrimentum. Si queris in omnib⁹ ihm̄ nuenies vtiq; ihm̄. Si autē queris teipſum: inuenies etiam te ipſum. ſed ad tuam pernitiē. Plus enim homo nociuior ſibi ſi ihm̄ n̄ querit. q̄ tot⁹ mūdus ꝛ omnes ſui aduerſarij.

De familiari amicitia ihu Cap. viij.

Uādo ihūs adeſt totū bonum eſt nec quicq̄ difficile videtur. Qn̄ vo ihūs nō adeſt totū durū eſt. Qn̄ ihūs int⁹ no loquit̄ conſolatio vilis eſt. Si aūt ihūs vnū verbū loquit̄ tm̄ magna cōſolatio ſentit̄. Nōne maria magdalena ſtatim ſurrexit ō loco in quo fleuit qn̄ martha illi dixit: Magiſter adeſt ꝛ vocat te. Felix hora qn̄ ihs vocat ō lachrimis ad gaudiū ſpiritus. q̄ aridus ꝛ dur⁹ es ſine ihū. q̄ inſipiens ꝛ vanus ſi cupis aliq̄d extra ihz. Nōne hoc eſt maius damnū q̄ ſi totum pderes mundū. Quid poteſt mūdus cōferre ſine ihū? Eſſe ſine ihū grauis eſt infernus: ꝛ eſſe cū ihū dulcis paradiſus. Si fuerit tecū ihs null⁹ poterit nocere inimic⁹. Qui inuenit ihm̄ inuenit theſaurū bonū imo bonū ſup omne bonū. Et q̄ pdit ihm̄ perdit nimis multum ꝛ plus q̄ totū mūdū. Pauperrim⁹ eſt qui viuit ſine ihū: Ditiſſim⁹ qui bene eſt cū ihū. Magna ars ē ſcire conuerſari cū ihū ꝛ ſcire ihm̄ tenere magna prudentia. Eſto humilis ꝛ pacificus ꝛ erit tecū ihs. Sis deuot⁹ ꝛ quiet⁹ ꝛ ꝑmanebit tecū ihūs. Potes cito fugar̄ ihm̄ ꝛ gratiam eius pdere ſi volueris ad exteriora declinare. Et ſi illum effugaueris ꝛ perdideris ad quem tūc fugies? ꝛ quem tūc queres amicū Sine amico nō potes diu viuere: ꝛ ſi ihūs nō fuerit tibi pre omnib⁹ amic⁹ eris nimis triſtis ꝛ ōſolat⁹ Fatue igitur agis ſi in aliquo altero confidis ꝛ letaris. Eligendū ē magis totum mūdum habere cōtrarium. q̄ ihm̄ offenſum. Ex omnibus ergo charis ſit ihūs dilect⁹ ſpecialis. Diligātur omnes ꝓpter ihm̄ ihūs autem propter ſeipſum. Solus ihūs xp̄s ſingulariter eſt amādus qui ſolus bon⁹ ꝛ fidelis inuenit̄ pre omnib⁹ amicis. Propter ipſū ꝛ in ipſo tam amici q̄ inimici tibi ſint chari ꝛ pro omnib⁹ his exorandus eſt vt omnes ipſū cognoſcant ꝛ diligant. Nūq̄ cupias ſingulariter laudari ꝛ amari: q2 hoc ſolius dei eſt qui ſimilem ſibi non habet. Nec velis q̄ aliquis i corde ſuo tecū occupetur. neq; tu

cum alicuius occuperis amore ſʒ
ſit ihs i te ⁊ in omni bono homine
Eſto purus ⁊ liber ab intus ſine
alicuius creature inplicamento.
Oportet te eſſe nudum ⁊ purū cor
ad ihʒ gerere ſi vis vacarẽ ⁊ viderẽ
ꝙ ſuauis ē dominꝰ. Et reuera ad
hoc non peruenies niſi gratia eius
fueris preuentꝰ ⁊ intractꝰ: vt om-
nibꝰ euacuatis ⁊ licentiatis ſolus
cum ſolo vniaris. Quando enim
gratia dei venit ad hominem. tūc
potens fit ad omnia: ⁊ quando re
cedit tūc pauper ⁊ infirmus erit. ⁊
quaſi tm̄ ad flagella relictꝰ. In hiſ
non debes deijci nec deſperare: ſʒ
ad volūtatem dei equanimiter ſta
re: ⁊ cuncta ſuperuenientia tibi ad
laudem ihū xpi perpeti: quia poſt
hyemē ſequitur eſtas. poſt noctē
redit dies: ⁊ poſt tempeſtatē ſere-
nitas magna.

De carentia omnis
ſolatij Cap. ix.

Non eſt graue humanum
contemnere ſolatium. cū
adeſt diuinum. Magnuʒ
eſt ⁊ valde magnuʒ tam humano
ꝙ diuino poſſe carere ſolatio: ⁊ ꝑ
honore dei libenter exilium cōdis
velle ſuſtinere: ⁊ in nullo ſeipſum
querere nec ad proprium meritū
reſpicere. Quid magni eſ ſi hilaris
ſis ⁊ deuotꝰ adueniente grā opta
bilis cunctis hec hora: Satis ſua
uiter equitat: quem gratia dei por
tat. Et quid mirum ſi onus nō ſen-
tit qui portatur ab omnipotente ⁊
ducit a ſummo ductore? Libenter
habemꝰ aliquid pro ſolatio ⁊ dif-
ficulter homo exuit a ſeipſo. Uicit
ſanctus martyr. Lauretius ſecu-
lum cum ſuo ſacerdote: quia omne
quod i mūdo delectabile videbat
deſpexit: ⁊ dei ſummi ſacerdotem
Sixtum quem maxime diligebat
pro amore xpi etiam a ſe tolli cle-
menter ferebat. Amore igitur cre-
atoris amorem hominis ſupauit
⁊ pro humano ſolatio diuinū benẽ
placitum magis elegit. Ita ⁊ tu ali
quem neceſſarium ⁊ dilectuʒ ami
cum pro amore dei diſce relinqre
Nec grauiter feras cum ab amico
derelictus fueris: ſciens quoniaʒ
oportet nos omnes tādem ab inui
cē ſeparari. Multū ⁊ diu oportet
hominem in ſeipſo certare. anteꝙ
diſcat ſeipſum plene ſuperare: ⁊ to
tum affectum ſuum plene in deuʒ
trahere. Quādo homo ſtat ſuper
ſeipſo. facile labitur ad cōſolatio-
nes humanas. Sʒ verꝰ xpi ama-
tor ⁊ ſtudioſus ſectator virtutum
non cadit ſuper illas conſolatiōes
nec querit tales ſēſibiles dulcedi
nes: ſʒ magis fortes exercitatio-
nes: ⁊ pro xpo duros ſuſtinere la
bores. Cum igitur ſpiritualis cō-
ſolatio a deo datur cum gratiarū
actione accipe eam: ſed dei munꝰ
intellige eſſe non tuum meritum: ⁊
noli extolli. Noli nimium gaude-
re nec inaniter preſumere: ſed eſto
magis humilior ex dono. cautior
quoqꝫ ⁊ timoratior in cunctis acti
bus tuis quoniā trāſibit hora illa
⁊ ſequetur tentatio. Cū ablata fuerit

conſolatio non ſtatim deſperes ſȝ
cū humilitate ⁊ patientia expecta
celeſtē viſitationē: quia potens eſt
deus ampliorē tibi redonare gra-
tiam ⁊ conſolationē. Iſtud non eſt
nouū nec alienū viam dei experti
qꝛ in magnis ſanctis ⁊ in antiquis
prophetis fuit talis ſepe alternati
onis modus. Unde quidā preſen
te iam gratia dicebat: Ego dixi in
abundantia mea non mouebor in
eternū. Abſente aūt gratia quid in
ſe fuerit expertus adiūgit dicens
Auertiſti faciem tuaȝ a me ⁊ fact᷒
ſum conturbatus. Inter hec tamē
nequaq̄ deſperat ſȝ inſtātius dn̄m
rogat ⁊ dicit: Ad te dn̄e clamabo
⁊ ad deū meū deprecabor. Deniq̄
oratiōis ſue fructum reportat ⁊ ſe
exauditum teſtatur dicens: Audi-
uit dn̄s ⁊ miſertus ē mei dn̄s fact᷒
eſt adiutor me᷒: Sed in quo. Con
uertiſti inquit planctū meū in gau-
diū mihi ⁊ circūdediſti me leticia.
Et ſi ſic actū eſt cum magnis ſanc-
tis: non eſt deſperandū nobis in-
firmis ⁊ pauperibus ſi interdum i
frigiditate ⁊ interdum in feruore
ſumus quoniam ſpiritus venit ⁊
recedit ſm ſue voluntatis benepla
citum. Unde beatus Job ait: Vi-
ſitas eum diluculo ⁊ ſubito ꝓbas
illum. Super quid igitur ſperare
poſſum aut in quo cōfidere debeo
niſi i ſola magna miſericordia dei
⁊ in ſola ſpe gratie celeſtis: Siue
enim adſint homines boni ſiue de
uoti fratres ⁊ amici fideles ſiue li
bri ſācti vel tractatus pulchri ſiue
dulcis cant᷒ ⁊ hymni oīa hec mo
dicū iuuāt ⁊ modicū ſapiūt q̄do
deſert᷒ ſū a gratia: ⁊ in ꝓpria pa
pertate relict᷒. Tunc non ē melius
remedium q̄ patiētia ⁊ abnegatio
mei in voluntate dei. Nunq̄ in-
ueni aliquē religioſum qui non ha
buerit interdum gratie ſubtractio
nem. aut nō ſenſerit feruoris dimi
nutionē. Nullus ſanctus fuit unq̄
tam alte raptus ⁊ illuminatus qui
prius vel poſtea non fuit tentatus
Non enim dignus eſt alta dei cō-
templatione: qui pro deo non ē ex
ercitatus aliqua tribulatione. So
let enim ſequentis cōſolatōis ten-
tatio precedens eſſe ſignum. Nam
tentationibus ꝓbatis celeſtis pro
mittit conſolatio. Qui vicerit in-
quit dabo ei edere de ligno vite.
Dat etiā cōſolatio diuina ut homo
fortior ſit ad ſuſtinendum aduerſa
Sequit etiam tentatione ſe eleuet
de bono. Nō dormit diabol᷒ nec
caro adhuc mortua eſt: ideo non
ceſſes preparare te ad certamē qꝛ
a dextris ⁊ a ſiniſtris ſūt hoſtes q̄
nunq̄ quieſcunt.

De gratitudine p grā dei Cap. x

Uid queris quietē cū nat᷒
ſis ad laborē. Pone te ad
patientiā magis q̄ ad cō-
ſolationē ⁊ ad crucē portādā ma-
gis q̄ ad leticiaȝ. Quis eni ſecula
rium nō libenter conſolationem
⁊ leticiam ſpiritualem acciperet. ſi
ſemper obtinere poſſet. Excedūt
eni ſpirituales cōſolatōes omnes
mūdi dlitias ⁊ carnis voluptates

Nam omnes delitie mūdane. aut
turpes ſūt aut vane. Spirituales
vero dlitie ſole iocūde ⁊ hōeſte ex
virtutib⁹ progenite ⁊ a deo puris
infuſe mentibus. Sʒ iſtis diuinis
conſolationibus nemo ſemꝑ pro
ſuo affectu frui valet. qꝛ temp⁹ tē
tationis nondiu ceſſat. Multū cō
trariat ſuperne viſitationi falſa li
bertas animi ⁊ magna confidētia
ſui. Deus bene facit conſolationis
gratiā dando: ſed homo male agit
non totū deo cum grat arū actōe
retribuendo. Et ideo non poſſunt
i nobis dona gratie fluere. quia i
grati ſumus auctori. nec totum re
fundimus fontali origini. Semper
eum debetur gratia digne gratias
referēti auferet ab elato quod dari
ſolet humili. Nolo cōſolationem
que mihi aufert cōpūctionem. nec
affecto cōtemplatōnē que ducit in
elationem. Non enim omne altūʒ
ſanctū. nec omne deſideriū puruʒ:
nec omne dulce bonuʒ. nec omne
charū gratū deo. Libēter accepto
gratiā vnde humilior ⁊ timoratior
inueniar. atqꝫ ad relinquendū me
paratior fiaʒ. Doct⁹ dono gratie
⁊ erudit⁹ ſubtractionis vbere nō
ſibi audebit quicqꝫ boni atribuere
ſed potius ſe pauperē ⁊ nudū cō
fitebitur. Da deo quicquid dei eſt:
⁊ tibi aſcribe quod tuū eſt. hoc eſt:
deo gratias pro gratia tribue tibi
autē ſoli culpam: ⁊ dignā penā ꝓ
culpa deberi ſentias. Pone te ſēꝑ
ad infirmū ⁊ dabitur tibi ſummū
nam ſummū non ſtat ſine infimo.

Summi ſācti apud deum minimi
ſunt apud ſe: ⁊ quāto glorioſiores
tāto i ſe humiliores. pleni veritate
⁊ gloria celeſti. non vane glorie cu
pidi. In deo fundati ⁊ confirmati
nullo modo poſſūt eſſe elati: ⁊ qui
deo totum aſcribūt quicquid bōi
acceperūt. gloriam ab iuicem nā
querūt: ſed gloriā que a ſolo deo ē
volunt: ⁊ deum in ſe ⁊ in omnib⁹
ſanctis laudari ſuꝑ omnia cupiūt:
⁊ ſemper in idipſum tendunt. Eſto
igitur gratus i minimo. ⁊ eris dign⁹
maiora accipere. Sit tibi minimū
etiā ꝓ maximo. ⁊ magis contēpti
bile pro ſpeciali dono. Si dignitas
datoris inſpicit. nullū datum puū
aut munus vile videbit. Nō enim
paruum eſt quod a ſūmo dō dōat
etiam ſi penas ⁊ verbera dōauerit
gratum eſſe debet. qꝛ ſemꝑ pro ſa
lute noſtra facit quicqd nobis ad
venire permittit. Qui gratiam dei
retinere deſiderat. ſit grat⁹ pro grā
dei data. patiens pro ſublata. oret
vt redeat. cautus ſit ⁊ humilis ne
amittat.

### De paucitate amatorum crucis ihu. Cap. xi.

Habet ihus nunc multos
amatores rgni ſui celeſtis
ſʒ paucos baiulatorꝭ ſue
crucis. Habet multos deſiderato
res conſolatōis. ſed paucos tribu
latōis. Plures inuenit ſocios men
ſe: ſed paucos abſtinētie. Omnes
volūt cū xpo gaudere. ſʒ pauci vo
lūt ꝓ ipſo aliquid ſuſtinere. Mul
ti ſequūtur ihm vſqꝫ ad fractionē

panis.ſed pauci ad bibendum ca-
licem paſſionis. Multi miracula
eius venerant:ſed pauci ignomi-
niam crucis ſequūtur. Multi ihm
diligūt:q̄diu aduerſa nō cōtingūt
Multi illū laudant ⁊ benedicunt:
q̄diu cōſolatiōes aliquas ab ipſo
recipiunt. Si autē ſe ihus abſcon-
deret ⁊ modicum eos relinqueret
aut in querimoniam aut i deiecti-
onem nimiam cadunt. Qui autem
ihm ꝑpter ihm ⁊ nō ꝑpter ſuā ali
quā cōſolatōnē ꝓpriā diligūt ipſū
in tribulatione ⁊ i anguſtia cordis
ſicut i ſūma cōſolatiōe benedicūt.
Et ſi nunq̄ eis cōſolationem dare
vellet:ipſū tamē ſemper laudarēt
⁊ ſemper gratias agere vellent. O
quātū poteſt amor ihu pur⁹ nulo
ꝓprio comodo vel amore pmixt⁹
Nōne omnes mercenarij ſunt di-
cendi:qui conſolatōes ſemꝑ que-
runt. Nonne amatores ſui magis
q̄ xp̄i probant:qui ſua comoda vl'
lucra ſemper meditant. Ubi inue-
nietur talis q̄ velit deo ſeruire gra
tis. Raro inuenit tam ſpiritualis
aliquis qui omnibus ſit nudatus
Nam veruꝫ ſpiritu pauperem ab
omni creatura nudū quis iueniet:
Procul ⁊ de vltimis finibus pre-
cium ei⁹. Si dederit homo omnē
ſubſtantiam ſuam. adhuc nihil eſt
⁊ ſi fecerit penitentiam magnam
adhuc exiguum eſt:⁊ ſi apprehen-
derit omnem ſcientiā. adhuc lōge
eſt:⁊ ſi habuerit virtutē magnam
⁊ deuotōnē nimis ardentē adhuc
multuꝫ ſibi deeſt. vnum ſcilicet qđ
ſibi ſūmē neceſſariū. e Quid illud
Ut omnib⁹ relictis ſe relinquat ⁊
a ſe totaliter exeat:nihilq̄ʒ de pri-
uato amore retineat. Cum omnia
fecerit que facienda nouerit. nihil
ſe feciſſe ſentiat. Non grāde pon-
deret q̄ grādis eſtimari poſſit. ſed
in veritate ſeruū inutilē ſe pronun-
ciet. ſicut veritas ait:Cū feceritis
omnia que precepta vobis ſūt ad-
huc dicite quia ſerui inutiles ſu-
mus. Tunc vero pauper ⁊ nudus
ſpiritu eſſe poterit ⁊ cū ꝓpheta di
cere. Quia vnicus ⁊ paup ſū ego.
Nemo iſto ditior nemo tamē libe-
rior. nemo potentior illo qui ſcit ſe
⁊ omnia relinquere ⁊ ad infimum
ſe ponere.

De regia via ſācte crucis Cap. xij.

Urus hic multis videtur
ſermo: Abnega temetipſū
tolle crucem tuā ⁊ ſequere
ihm. Sed multo durius erit audi-
re illud extremum verbum: Diſce
dite a me maledicti in ignē eternū
Qui enim modo libenter audiunt
⁊ ſequūtur verbum crucis. tūc nō
timebūt ab auditione mala eterne
damnatōis: Hoc ſignū crucis erit
in celo cū dominus ad iudicandū
venerit. Tunc omnes ſerui crucis
qui ſe crucifixo conformauerunt i
vita. ad xp̄m accedent iudicem cū
magna fiducia. Quid igitur times
tollere crucem per quā itur ad re-
gnū: In cruce ſalus. in cruce vita.
in cruce protectio ab hoſtibus. in
cruce infuſio ſuperne ſuauitatis. i
cruce robur mētis. i cruce gaudiū

ſpiritus in cruce virtus ſumma in
cruce perfectio ſanctitatis. Non
eſt ſalus anime nec ſpes eterne vite
niſi in cruce. Tolle ergo crucem ⁊
ſequere ihm. ⁊ ibis i vitaꝫ eternã
Preceſſit ille baiulans ſibi crucẽ ⁊
mortuus ẽ pro te i cruce vt tu etiã
portes crucẽ ⁊ mori affectes i cru-
ce qꝛ ſi cõmortuꝰ fueris etiã cũ illo
pariter viues ⁊ ſi ſocius fueris pene
ſocius eris ⁊ glorie. Ecce i cruce
totum conſtat ⁊ in moriendo totũ
iacet: ⁊ non eſt alia via ad vitam
⁊ ad verã īternam pacem niſi via
ſancte crucis ⁊ quotidiane morti-
ficationis. Ambula vbi vis quere
quodcũqꝫ volueris: ⁊ nõ inuenies
altiorem viam ſupra nec ſecuriorẽ
viam infra niſi viaꝫ ſancte crucis.
Diſpone ⁊ ordina omnia ſm tuũ
velle ⁊ videre. ⁊ non inuenies niſi
ſemꝑ aliquid pati deberet aut ſpõ
te aut inuite: ⁊ ita crucem ſemper
inuenies. Aut enim in corpore do
lorẽ ſenties. aut in anima ſpiritus
tribulationẽ ſuſtinebis. Interdũ a
deo relinqueris. interdũ a ꝓximo
exercitaberis. ⁊ qđ amplius eſt ſe
pe tibimetipſi grauis eris. nec tñ
aliquo remedio vel ſolatio libera-
ri ſeu alleuiari poteris. ſꝫ donec õꝰ
voluerit oportet ꝙ ſuſtineas. Uult
enim deus vt tribulationẽ ſine cõ
ſolatione diſcas pati ⁊ vt illi tota-
liter te ſubijcias ⁊ humilior ex tri
bulatõnem fias. Nemo ita cordia
liter ſentit paſſionẽ xpi ſicut is cui
contigerit ſimilia pati: Crux igit
ſemꝑ parata ẽ ⁊ vbiqꝫ te expectat.

Nõ potes effugere vbicũqꝫ cucur
reris: qꝛ vbicũqꝫ veneris teipſũ te-
cũ portas ⁊ ſemꝑ teipſũ inuenies
Cõuerte te ſupra. ꝯuerte te īfra cõ
uerte te extra ⁊ intra. ⁊ i his oĩbus
īuenies crucem: ⁊ neceſſe ẽ te vbi-
cũqꝫ tenere pacientiã ſi internã vis
habere pacem ⁊ ꝑpetuã ꝓmereri
coronam. Si libẽter crucẽ portas
portabit te ⁊ deducet te ad deſide
ratũ finẽ: vbi ſcilicet finis patiẽdi
erit ꝙuis hic non erit. Si inuite
portas. onus tibi facis: ⁊ teipſum
magis grauas. ⁊ tamẽ oportet vt
ſuſtineas. Si abijcis vnam crucẽ:
aliã proculdubio inuenies ⁊ forſi-
tan grauiorem. Credis tu euadere
quod nullus mortaliũ potuit pre-
terire? Quis ſanctoꝝ in mũdo ſine
cruce ⁊ tribulatione fuit? Nec enĩ
dominꝰ noſter ihus xps vna ho-
ra ſine dolore paſſiõis fuit ꝙdiu vi
xit. Oportebat aũt xpꝫ pati ⁊ reſur
gere a mortuis ⁊ ita intrare i gloriã
ſuã. Et quomodo tu aliã viã queris
ꝙ hanc regiã viaꝫ que ẽ via ſãcte
crucis? Tota vita xpi crux fuit ⁊
martyriũ: ⁊ tu tibi queris requiẽ ⁊
gaudiũ? Erras erras ſi aliud qris
ꝙ pati tribulatiões: quia tota iſta
vita mortalis plẽa miſerijs ⁊ circũ
ſignata crucibꝰ. Et quãto altiꝰ qs
in ſpiritu ꝓfecerit: tanto grauiores
cruces ſepe īueniet. quia exiliũ ſui
pẽa magis ex amore creſcit. Sed
tamen iſte ſic multipliciter afflictꝰ
non eſt ſine leuamine conſolatio-
nis: quia fructũ magnũ ſibi ſentit
accreſcere ex ſufferẽtia ſue crucis.

Nā dn̄s ſpōte illis ſe subijcit. omne
onus tribulatiōis in fiduciam di-
uine cōſolationis conuertitur. Et
quāto caro magis p̄ tribulationē
atterit: tāto ampli⁹ ſpiritus p̄ in-
ternā conſolationē roboratur. Et
nōnūq̄ itātum cōfortatur ex affec
tu tribulatiōis ⁊ aduerſitatis ob
amorē conformitatis crucis. xp̄i:
vt n̄ ſine dolore ⁊ tribulationē eſſe
vellet: quoniā tāto ſe acceptiorem
deo credit: q̄to plura ⁊ grauiora
pro eo pferre poterit. Nō eſt illud
virtus hominis ſ3 gratia xp̄i: que
tanta poteſt ⁊ agit i carne fragili:
vt quod naturalr̄ ſemp abhorret
⁊ fugit. hoc feruore ſpirit⁹ aggre-
diatur ⁊ diligat. Non eſt ſm̄ ho-
minē crucē portare. crucē amare.
corpus caſtigare: ⁊ ſeruituti ſub-
ijcere. honores fugere. contumeliā
libēter ſuſtinere. ſeipſū deſpicere ⁊
deſpici optare. aduerſa queq3 cū
dampnis pperi. ⁊ nihil pſperitatis
in hoc mūdo deſiderare. Si ad te
ipſū reſpicis. nihil huiuſmodi ex
fecte ſunt fuerūt ⁊ erunt. atqꝫ ideo
minus eſt ⁊ inſufficiēs quicqđ ꝓ-
ter teipſū mihi donas. vt de teipo
reuelas. vel ꝓmittis te nō viſo nec
plene adepto. Qm̄ qđē nō poteſt
cor meuꝫ veraciter requieſcer̄ nec
totaliter cōtentari niſi in te requie
ſcat. ⁊ oia dona omnēqꝫ creaturā

transcēdat. O mi dilectiſſime ſpō-
ſe iħu xpe amatoꝛ puriſſime dña-
toꝛ vniuerſe creature q̄s mihi det
pēnas vere libertatis ad volandū
⁊ pauſādū in te? O qn̄ ad plenum
dabit vacare mihi ⁊ videre q̄ ſua-
uis es dñe de⁹ me⁹. Qn̄ ad plenū
recolligā me in te. vt pꝛe amoꝛ tuo
non ſentiā me. ſed te ſolū ſuꝑ om-
nem ſenſuꝫ ⁊ modū in modo non
omnibus noto? Nūc autē frequen
ter gemo ⁊ īfelicitatē meā cū dolo
re poꝛto. q̄a multa mala i hac val
le miſeriarū occurrūt que me ſepi
us conturbāt cōtriſtāt ⁊ obnubi-
lant. ſepius impediūt ⁊ diſtrahūt
alliciunt ⁊ implicat ne liberū ha-
beam acceſſum ad te iocundis
fruar amplexibus pꝛeſto ſemꝑ be
atis ſpiritib⁹. Moueat te ſuſpiriū
meū: ⁊ deſolatio multiplex i terra
O iħu ſplēdoꝛ eterne gloꝛie ſola-
men pegrinātis anime. apud te eſt
os meū ſine voce. ⁊ ſilētiū meū lo
quit tibi. Uſq̄ q̄ tardat venit dñs
me⁹ Ueniat ad me paupculū ſuū
⁊ letū faciat. Mittat manum ſuaꝫ
⁊ me miſerū eripiat de omni an-
guſtia. Ueni veni quia ſine te nulla
erit quieta dies aut hoꝛa. q2 tu leti
cia mea: ⁊ ſine te vacua eſt menſa
mea. Miſer ſum ⁊ quodāmodo i
carceratus ⁊ cōpedib⁹ grauatus
donec luce pꝛeſentie tue me refici-
as ac libertati dones: vltūq̄ ami
cabilē dmōſtres. Querāt alij pꝛo
te aliud quodcūq̄ libuerit: ⁊ mihi
aliud iterim nil placet nec place-
bit niſi tu de⁹ me⁹. ſpes mea. ſalus
eterna. Nō reticebo nec dpꝛecari
ceſſabo donec gratia tua reuerta
tur: mihiq̄ tu int⁹ loquaris: Ecce
adſum. Ecce ego ad te q̄a īuoca-
ſti me. lachꝛyme tue ⁊ dſideriū aīe
tue humiliatio tua ⁊ cōtritio coꝛ-
dis inclinauerūt me ⁊ adduxerūt
ad te. Et dixi dñe īuocaui te ⁊ de-
ſideraui frui te. paratus omnia re-
ſpuere pꝛopter te. Tu enim pꝛioꝛ
excitaſti me vt quererē te. Sis er
go bn̄dict⁹ dñe: qui feciſti hāc bo-
nitatem cū ſeruo tuo ſm multitu-
dinem miſericoꝛdie tue. Quid ha
bet vltra dicere dñe ſeruus tu⁹ co
rā te niſi vt humiliter ſe valde an
te te memoꝛ ſemper pꝛopꝛie iniq̄-
tatis ⁊ vilitatis? Non enim eſt ſi-
milis tui in cūctis mirabilib⁹ celi
⁊ terre. Sūt opera tua bona valð
domine. iudicia vera: ⁊ ꝓuidētia
tua reguntur vniuerſa. Laus ergo
tibi ⁊ gloꝛia o patris ſapientia. te
laudet ⁊ benedicat os meum. aīa
mea: ⁊ cuncta creata ſimul.

### De recoꝛdatione bene- ficioꝛum dei multipli- cium Cap. xxiij.

Peri dñe coꝛ meū i lege
tua: ⁊ i pꝛeceptis tuis do
ce me ābulare. Da mihi i
telligere voluntatē tuaꝫ: ⁊ cū ma-
gna reuerentia ac diligenti cōſide
ratione beneficia tua tam in gene
rali q̄ i ſpeciali memoꝛari. vt di-
gne tibi ex hinc valeā gratias re-
ferre. Uerū ſcio ⁊ ꝯfiteoꝛ nec ꝑ mi
nimo puncto me poſſe dbitas gra
tiarū laudes perſoluere. Minoꝛ

ego ſum omnibus bonis mihi ꝑ-
ſtitis: ⁊ cū tuam nobilitatem attē-
do. deficit pre magnitudine illius
ſpiritus me⁹. Omnia que in aīa
habemus ⁊ in corpore ⁊ quecūqȝ
exterius vel interi⁹ naturalr̄ vel
ſupnaturaliter poſſidem⁹. tua ſūt
beneficia: ⁊ te beneficū piū ac bo
nū cōmendāt: a quo bona cuncta
accepimus. Et ſi alius plura. ali⁹
pauciora accepit. omnia tamē tua
ſunt: ⁊ ſine te nec minimū haberi
poteſt. Ille qui maiora accepit nō
poteſt merito ſuo gloriari nec ſup
alios extolli nec minori inſultare:
qꝛ ille maior ⁊ melior q̄ ſibi min⁹
aſcribit ⁊ in regratiando humiliō
eſt atqȝ deuotior. Et qui omnibus
viliorē ſe exiſtimat ⁊ indigniorem
ſe iudicat. aptior eſt ad percipiēdū
maiora. Qui autē pauciora acce-
pit. cōtriſtari non debet nec indi-
gnanter ferre neqȝ ditiori inuidere
ſed te potius attendere ⁊ tuā boni
tatem maxime laudare qꝫ tam af
fluenter tam gratis tam libenter
ſine perſonarū acceptiōe tua mu-
nera largiris. Omnia ex te. ⁊ ideo
in omnib⁹ es laudādus. Tu ſcis
quid vnicuiqȝ donari expediat: ⁊
cur iſte minus ⁊ ille ampli⁹ habe
at non noſtrū ſed tuū eſt hoc diſ-
cerne: aqud quem ſingulorū diffi
nita ſunt merita. Unde dn̄e deus
pro magno etiā reputo beneficio
non multa habere: vnde exterius
⁊ ſm̄ homines la⁹ ⁊ gloria appa-
reat. Ita vt quis ꝯſiderata pauper
tate ⁊ vilitate ꝑſone ſue nō modo
grauitatem aut triſticiā vel deiec-
tionem inde concipiat: ſed potius
conſolationem ⁊ hilaritatem: ma-
gnā. quia tu deus pauperes ⁊ hu-
miles atqȝ huic mundo deſpectos
tibi eligiſti in familiares ⁊ dome-
ſticos. Teſtes ſūt ipſi apoſtoli tui
quos principes ſuper omnē terrā
conſtituiſti: fuerunt tamē ſine que
rela conuerſati in mundo tam hu-
miles ⁊ ſimplices ſine omni mali-
cia ⁊ dolo. vt etiam pati cōtume-
lias gauderent ꝓ nomine tuo: ⁊ q̄
mūdus abhorret ipſi amplecteren
tur affectu magno. Nihil ḡ amato
rem tuum ⁊ cognitorem beneficio
rū tuoꝝ ita letificare debet ſic̄ vo-
luntas tua in eo ⁊ beneplacitum
eterne diſpoſitiōis tue. de qua tā-
tū contētari debet ⁊ conſolari. vt
ita libēter velit eſſe minim⁹ ſic̄ ali-
quis optaret eſſe maximus: ⁊ ita
pacificus ⁊ contentus in nouiſſi-
mo ſicut in loco primo: atqȝ ita li
bēter deſpicabilis ⁊ abiectus nul
li⁹ quoqȝ nominis ⁊ fame. ſic̄ ce-
teris honorabilior: ⁊ maior i mun
do. Nam volūtas tua ⁊ amor ho
noris tui omnia excedere debet ⁊
plus eum conſolari magiſqȝ pla-
cere q̄ omnia beneficia ſibi data
vel danda.

De quattuor magnā importan
tibus pacē. Cap. xxv.

Ili nunc docebo te viā
pacis ⁊ vere libertatꝭ. Fac
dn̄e qđ dicis. qꝛ h⁹ mihi
gratū eſt audire. Stude fili alteri⁹

tui incolatus.

De eminentia libere mentis ⁊ ꝙ ſupplex oratio magis meret̄ ꝙ̄ lectio. Cap. xxx.

Omine hoc opus eſt per
fecti viri nūꝙ̄ ab intentio
ne celeſtiū animū relaxa
re: ⁊ iter multas curas q̄ſi ſine cu-
ra trāſire. nō more torpētis: ſed ꝑ
rogat iua quadā libere mētis. nulli
creature inordinata affectione ad
herendo. Obſecro te pijſſime de⁹
meus ꝑſerua me a curis hui⁹ vi-
te ne nimis iplicer. a multis neceſ
ſitatib⁹ corporꝫ ne voluptate capi-
ar. ab vniuerſis anime obſtaculis
ne moleſtijs fract⁹ ōjciar: nō dico
ab his reb⁹ quas toto affectu am
bit vanitas mūdana. ſ; ab his mi
ſerijs que animā ſerui tui cōmuni
maledicto mortalitatꝫ penaliť gra
uant ⁊ retardāt ne in libertatē ſpi-
ritus quotiens libuerit valeat in-
troire. O deus me⁹ dulcedo ineffa
bilis verte mihi in amaritudinem
omnē conſolationem carnalē. ab
eternorū amore me abſtrahentē ⁊
ad ſe intuitu cuiuſdā boni delecta
bilis preſentis male allicientē. Nō
me vincat deus me⁹ nō vincat ca-
ro ⁊ ſanguis. non me decipiat mū
dus ⁊ breuis gloria ei⁹. nō me ſup
plātet diabolus ⁊ aſtutia illi⁹. Da
mihi fortitudinē reſiſtendi. patien
tiam tolerandi. cōſtantiā perſeue-
randi. Da pro omnibus mūdi cō
ſolatiōibus ſuauiſſimā ſpirit⁹ tui
vnctionē. ⁊ pro carnali amore tui
nois infunde amorem. Ecce cib⁹
potus. veſtis ac cetera vtēſilia ad
corporis ſuſtentaculū pertinentia
feruenti ſpiritui ſunt oneroſa. Tri
bue talib⁹ fomentis temperate vti
nō d̄ſiderio nimio implicari. Ab-
ijcere omnia nō licet. quia natura
ſuſtentanda eſt: requirere autē ſu-
perflua ⁊ que magis delectāt. lex
ſancta ꝓhibet: nam alias caro ad
uerſus ſpiritum iſoleſceret. Inter
hec que, o manus tua me regat ⁊
doceat ne quid nimium fiat.

Quod priuatus amor a ſūmo bono maxime retardat. Cap. xxxi

Ili oportet te dare totum
pro toto ⁊ nihil tuiipſius
eſſe. Scito ꝙ amor tuiipſi
us magis nocet tibi ꝙ̄ aliqua res
mūdi. Scd̄m amorē ⁊ affectū quē
geris. quelibet res plus vel min⁹
adheret. Si fuerit amor tu⁹ pur⁹
ſimplex ⁊ bene ordinatus. eris ſiñ
captiuitate rerū. Noli cōcupiſceř
quod nō licet habere. Noli habeř
quod te poteſt impedire ⁊ liberta
te iteriori priuare. Mirū ꝙ nō ex
toto fundo cordis teipſū mihi cō-
mittis cū omnibus que deſiderař
potes vel habere. Quař vano me
rore cōſumeris? Cur ſuperfluis cu
ris fatigaris? Sta ad beneplacitū
meū: ⁊ nullū patieris detrimentū.
Si queris hoc vel illō ⁊ volueris
eſſe ibi vel ibi propť tuū comodū
⁊ ꝓpriū beneplacitū magis habē-
dum. nūꝙ̄ eris in quietudie nec li-
ber a ſollicitudine. q: i omni re re-
perit aliquis defectus: ⁊ in omni
loco erit qui aduerſet. Iuuat igitur

non quelibet res adepta vel multiplicata exterius. ſed poti⁹ ɔtēpta ⁊ ōciſa ex corde radicit⁹. Quod nō tm̄ de cenſu eris ⁊ diuitiarū itelligas: ſed de honoris etiā ambitu ac vane laudatiōis deſiderio: que omnia tranſeunt cum mūdo. Munit parum locus. ſi deeſt ſpirit⁹ feruoris. Nec diu ſtabit pax illa que ſita forinſecus. ſi vacat a vero fundamento ſtatus cordis. hoc eſt. niſi ſteteris in me. ꝑmutare te potes ſed nō meliorare. Nā occaſiōe orta ⁊ accepta inuenies quod fugiſti ⁊ amplius.

Oratio pro purgatione cōdis ⁊ celeſti ſapientia Ca. xxxij

Onfirma me deus ꝑ gratiam ſancti ſpirit⁹. da virtutē corroborari i iteriori hoie: ⁊ cor meū ab omni iutili ſolicitudine ⁊ angore euacuar̄ nec varijs ōſiderijs trahi cuiuſcumqꝫ rei vilis aut precioſe: ſed omnia iſpicere ſicut tranſeuntia ⁊ me pariter cum illis trāſiturū: qꝛ nihil permanens ſub ſole. niſi omnia vanitas ⁊ afflictio ſpirit⁹: O q̄ ſapiēs qui ita cōſiderat. Da mihi dn̄e celeſtē ſapientiam vt viſcā te ſuꝑ omnia querere ⁊ inuenire. ſuꝑ oīa ſapere ⁊ diligere. ⁊ cetera ꝑm ordinē ſapientie tue prout ſunt intelligere. Da prudenter declinare blandientē. ⁊ patienter ferre aduerſantē. qa hec magna ſapientia nō moueri omni vento verboꝝ nec aurē male blādienti prebere ſyrene: ſic enim incepta pergitur via ſecure.

Contra linguas obtractatorum Cap xxxiij.

Ili nō egre feras ſi quidā de te male ſenſerint ⁊ dixerit quod non libenter audias. Tu deteriora de teipo ſētire ōbes: ⁊ neminē īfirmiorē te credere. Si ambulas ab itra. nō multum ponderabis volantia verba Eſt non parua prudentia ſilere in tēpore malo ⁊ introrſus ad me cōuerti nec humano iudicio diſturbari. Non ſit pax tua i ore hoium: ſiue enim bene ſiue male interpretati fuerint nō es igit alter homo Ubi eſt vera pax: ⁊ vera gloria: Nōne in me: Et qui non appetit hominib⁹ placere nec diſplicere timet. multa perfruet̄ pace. Ex inordinato amore ⁊ vano timore orit̄ omnis iquietudo cordis ⁊ diſtractio ſenſuum.

Qualiter inſtāte tribulatione deus inuocandus eſt ⁊ benedicendus. Cap. xxxiiij.

It nomen tuū dn̄e benedictū in ſecula qui voluiſti hāc tētationē ⁊ tribulationē venire ſuꝑ me. Nō poſſū eā effugere. ſed neceſſe habeo ad te confugere vt me adiuues ⁊ in bonū mihi cōuertas. Dn̄e mō ſum in tribulatione: ⁊ nō eſt cordi meo bene ſed multū vexor a preſenti paſſiōe. Et nūc pater dilecte quid dicā: Deprehēſus ſū inter anguſtias. ſaluifica me ex hora hac. Sꝫ ꝑpterea veni i hāc horā vt tu clarificeri cū fuero valō hūiliat⁹ ⁊ ꝑ te liberat⁹

Cōplaceat tibi dñe vt eruas me: nā ego pauper quid agere poſſū: ⁊ q̊ ibo ſine te? Da patientiā dñe etiā hac vice. Adiuua me de⁹ meus: ⁊ nō timebo q̄tūcūqʒ grauatus fuero. Et nūc iter hec quid dicā? Dñe fiat voluntas tua. ego bene merui tribulari ⁊ grauari. oportet vtiqʒ vt ſuſtineā ⁊ vtinā patienter. donec trāſeat tēpeſtas ⁊ melius fiat. Potēs ē aūt omnipotēs man⁹ tua etiā hāc tentationē a me auferre ⁊ ei⁹ ipetū mitigare. nec penit⁹ ſuccūbā. queadmodū ⁊ prius ſepe egiſti mecū de⁹ me⁹ miſericordia mā Et quanto mihi difficilius. tanto tibi facilior ē hec mutatio dextre excelſi.

## De diuino petendo auxilio ⁊ confidentia recuperande gratie Cap. xxxv.

Ilí ego dñs confortans i die tribulatiōis. Uenias ad me cū tibi nō fuerit bene. Hoc ē qđ maxime ipedit cōſolationē celeſtē. quia tardius conuertis te ad orationē. Nā anteq̄ me intente roges. mutla interi ſolatia querl ⁊ recreas te i externis Ideoqʒ fit vt parū omnia proſint donec aduertas. quia ego ſum qui eruo ſperantes in me: nec eſt extra me valēs ↄſiliū neqʒ vtile. ſʒ neqʒ durabile remediū. Sʒ iaʒ reſūpto ſpiritu poſt tēpeſtatē reconualeſce in luce miſerationū meaꝝ. qꝛ ꝓpe ſum dicit dñs: vt reſtaurē vniuerſa nō ſolū integre ſed ⁊ abūdāter ⁊ cumulate. Nūquid mihi quicq̄ eſt difficile. aut ero ſimilis dicenti ⁊ non facienti? Ubi eſt fides tua? Sta firmiter ⁊ perſeuerāter. Eſto longanimis ⁊ vir fortis. veniet tibi cōſolatio i tēpore ſuo. Expecta me expecta: veniā ⁊ curabo te. Tētatio ē que te vexat: ⁊ formido vana que te exterret. Quid iportat ſollicitudo de futuris cōtingentibus. niſi vt triſtitiā ſuper triſticiā habeas? Sufficit diei malitia ſua Uanū eſt ⁊ inutile de futuris conturbari vel gratulari q̄ forte nūq̄ euenient. Sed humanū eſt huiuſmodi imaginatiōib⁹ illudi. ⁊ parui adhuc animi ſignū tā leuit trahi a ſuggeſtiōe inimici. Ipſe enī nō curat an veris an falſis illudat ⁊ decipiat. ⁊ vtrū preſētiū amore an futuroꝝ formidie proſternat. Nō ergo turbet cor tuū neqʒ formidet Crede i me ⁊ in miſericordia mea habeto fiduciā. Quādo tu te elōgatū eſtimas a me. ſepe ſum ꝓpinquior. Quādo tu eſtimas totū perditū. tunc ſepe magis merēdi iſta t lucrū. Non ē totū perditū. quādo res accidit cōtrariū. Non debes iudicare ſm preſens ſētire. nec ſic grauitati alicui vndecūqʒ venienti iherere ⁊ accipe. tanq̄ omnis ſpes ſit ablata emergendi. Noli putare te derelictū ex toto. q̄uis ad tēp⁹ miſerim tibi aliquā tribulationē ſic enim tranſit ad regnū celoꝝ: ⁊ hoc ſine dubio magis expedit tibi ⁊ ceterl ſeruis meis vt exercitemini aduerſis. q̄ ſi cūcta ad libitū haberetis. Ego noui cogitatiōes ab

ſcōditas quia multū expedit ꝓ ſalute tua vt iterdum ſine ſapoꝛe relinqueris ne foꝛte eleueris i bono ſuceſſu ⁊ tibiipſi placere velis i eo qđ nō es. Quod dedi auferre poſſum ⁊ reſtituere cū mihi placuerit Cū dedero meū eſt cū ſubtraxero tuū nō tuli quia meū eſt omne datum bonum ⁊ omne donū pfectū. Si tibi admiſero grauitatem aut quālibet cōtrarietatē nō idigneris neq₃ cōcidat coꝛ tuū ⁊ ego cito ſbleuare poſſum ⁊ omne onus i gaudiū transmutare. Verūtamen iuſtꝰ ſum ⁊ recōmēdabilis multū cū ſic facio tecū. Si recte ſapis ⁊ in veritate aſpicis nūꝗ͂ debes propter aduerſa tam deiecte cōtriſtari ſ₃ magis gaudere ⁊ gratias agere. imo hoc vnicū reputare gaudiū ꝙ affligens te doloꝛibus non parco tibi Sicut dilexit me pater ego diligo vos dixi dilectis diſcipulis meis quos vtiq₃ nō miſi ad gaudia temporalia ſ₃ ad magna certamina nō ad honoꝛes ſed ad deſpectōes nō ad ocium ſed ad laboꝛes nō ad requiem ſed ad afferendum fructum multum i patiētia. Hoꝝ memēto fili mi verboꝛum.

De neglectu oīs creatuꝛ vt creatoꝛ poſſit inueniri Cap. xxxvi

Domine mi adhuc bene indigeo maioꝛi gratia ſi debeā illuc ꝑuenire vbi me nemo poterit nec vlla creatura ipedire. Nā ꝙdiu res aliqua me retinet nō poſſum libere ad te volare. Cupiebat libere volare q̄ dicebat: Quis dabit mihi pēnas ſicut columbe ⁊ volabo ⁊ requieſcā. Quid ſimplici oculo quietius ⁊ q̄d liberius nil deſiderāte i terris. Opoꝛtet igit omnē pertrāſire creaturā: ⁊ ſeipſū pfecte dſerere ac i exceſſu mentis ſtare ⁊ videre te oīu₃ cōditoꝛem cum creaturis nil ſimile habere. Et niſi quis ab omnibꝰ creaturis fuerit expeditus nō poterit libere intendere diuinis. Jdeo eni pauci inueniunt contemplatiui q2 pauci ſciunt ſe a perituris creaturis ad plenū ſequeſtrari. Ad hoc magna requirit gratia que animā leuet ⁊ ſupra ſeipſam rapiat. Et niſi homo ſit i ſpiritu eleuatꝰ ⁊ ab omnibꝰ creaturis liberatꝰ ac deo totꝰ vnitus quicquid ſcit quicquid etiā habet nō eſt magni pōderis. Diu paruꝰ erit ⁊ i terra iacebit q̄ aliqđ magni eſtimat niſi ſolū vnū imēſū eternū bonū. Et quicquid deus n̄ eſt nihil eſt ⁊ pro nihilo cōputari deb₃. Eſt quippe magna differētia ſapientia illuminati ⁊ deuoti viri: ⁊ ſcientia litterati ⁊ ſtudioſi clerici Multo nobilioꝛ eſt illa doctrina que de ſurſum ex diuina ifluentia manat ꝙ que laboꝛioſe hūano acquirit igenio. Plures reperiunt contemplationē deſiderare: ſ₃ que ad eam requirunt nō ſtudent exercere. Eſt ⁊ magnū impedimētū q2 in ſignis ⁊ in rebus ſēſibi ibꝰ ſtat ⁊ parum de perfecta moꝛtificatiōe habet. Neſcio quid eſt ⁊ quo ſpiritu ducimur ⁊ quid ptēdimꝰ qui ſpirituales dici videmur ꝙ totu₃

laborē ⁊ ampliorē ſolicitudinē ꝑ tranſitorijs ⁊ vilib⁹ reb⁹ agim⁹ ⁊ de iterioꝛib⁹ noſtris vis raro plene recolectis ſenſibus cogitam⁹ Proh doloꝛ ſtati poſt modicā recollectionez foꝛas erumpim⁹ nec opa nr̄a diſtricta examinatōe trutinam⁹. Ubi iacēt afect⁹ noſtri non attendimus ⁊ ꝙ̄ i pura ſint omnia noſtra nō ꝺploꝛam⁹. Omnis quippe caro coꝛrupera t viā ſuā ⁊ ideo ſequebať diluuiū magnū. Cū ergo interioꝛ affect⁹ noſter coꝛrupt⁹ ſit, neceſſe eſt vt actio ſequēs index carentie interioꝛis vigoꝛis coꝛrūpať. Ex pūro coꝛde ꝓcedit fruct⁹ bōe vite. Quantū quis fecerit queriť: ſed ex quanta virtute agit non taz ſtudioſe penſať. Si fuerit foꝛtis diues pulcher habilis vel bon⁹ ſcriptoꝛ bonus cātoꝛ bon⁹ laboꝛatoꝛ inueſtigať: ꝙ̄ pauper ſit ſpiritu quā patiens ⁊ mitis ꝙ̄ deuot⁹ ⁊ itern⁹ a multis tacetur. Natura exterioꝛa hominis reſpicit gratia ad interiora ſe cōuertit. Illa frequenť fallitur iſta in deo ſperat vt nō decipiatur.

De abnegatiōe ſui ⁊ abdicatiōe omnis cupiditatis. Cap. xxxvij

Fili non potes pfecte poſſidere libertatē niſi totalit̄ abneges temetipſū. Cōpediti ſūt omnes ꝓpꝛietarij ⁊ ſuiipſi⁹ amatoꝛes cupidi curioſi gyrouagi querētes ſemꝑ mollia non que ihu xp̄i ſʒ ſepe h⁹ fingētes ⁊ cōponētes quod nō ſtabit. Peribit enim totū qd̄ nō ē ex deo oꝛtū. Tene breue ⁊ cōſumatū verbū. Dimitte omnia ⁊ inuenies oīa. Dimitte cupiditatez ⁊ iuenies requiē. Hoc mente ptracta ⁊ cū impleueris omnia intelliges. Dn̄e hoc nō eſt opus vni⁹ diei nec lud⁹ paruuloꝛū imo i h⁹ breui includitur omnis pfectio ꝛligioſorū. Fili nō debes auerti nec ſtatim deijci audita via ꝑfectoꝛū ſʒ magl ad ſublimioꝛa ꝓuocari ⁊ ad min⁹ ad hec ex deſiderio ſuſpirare. Utinā ſic tecū eſſet ⁊ ad hoc pueniſſes vt tuiipſius amatoꝛ nō eſſes ſʒ ad nutū meū pure ſtares ⁊ eius quē tibi pꝛepoſui patris tūc mihi valde placeres ⁊ tota vita tua cū gaudio ⁊ pace trāſiret. Habes adhuc multa ad relinquendū que niſi mihi ex integro reſignaueris non acquireſ quid poſtulas. Suadeo tibi a me emere aurū ignitū vt locuplex fias id eſt ſapiētiā celeſtē omnia infima conculcātē. Poſtpone terrenā ſapientiā omnē humanā cōplacentiā ⁊ ꝓpꝛiā. Dixi tibi vilioꝛa emenda ꝑ pꝛecioſis ⁊ altis i rebus humanis. Nam vilis ⁊ parua ac pene obliuioni tradita videtur vera celeſtis ſapientia nō ſapiēs alta de ſe nec magnificari querens i terra: quā multi oꝛetenus pꝛedicāt ſed vita longe diſſentiūt ipſa tn̄ eſt pꝛecioſa margarita a multis abſcōdita.

De inſtabilitate coꝛdis ⁊ de intentione finali ad deum habenda Cap. xxxviij.

Fili noli credeř affectu tuo qui nūc eſt cito mutabiť i aliō. Q̄diu eni vixeri mutabilitati ſubiect⁹ eris etiā nolens

vt modo letus modo triſtis modo
pacatus modo turbatus nunc de
uotus nūc indeuotꝰ nūc ſtudioſus
nūc accidioſus nūc grauis nūc le-
uis inueniaris. Sed ſtat ſuper hec
mutabilia ſapiēs ⁊ beñ doctꝰ i ſpi
ritu nō attendēs quid in ſe ſentiat
vel qua parte flet ventus inſtabili-
tatis ſʒ vt tota intentio mentis eiꝰ
ad debitū ⁊ ad optimū ꝓficiat finē
Nā ſic poterit vnꝰ ⁊ idē incōcuſſꝰ
permanere ſimplici intentiōis ocu
lo p tot varios euētꝰ ad me ipreter
miſſe directo. Quāto autē purior
fuerit intentiōis oculꝰ tāto cōſtā-
tius iter diuerſas itur ꝓcellas. Sʒ
in multis caligat oculꝰ pure itenti-
onis reſpicit eni cito i aliqđ dlecta
bile quod occūrit ⁊ raro totꝰ liber
quis inuenit a neuo ꝓprie exquiſi
tionis. Sic iudei olim venerant in
bethaniā ad marthā ⁊ mariā non
propter ihm tm: ſed vt lazarum vi
derent. Mūdādus eſt ergo inten-
tionis oculus vt ſit ſimplex ⁊ rectꝰ
atqʒ vltra omnia varia media ad
me dirigendus.

De amāti ſapit deus ſuper om-
nia ⁊ in omnibus. Cap. xxxix.

Ecce deus meus ⁊ omnia.
Quid volo ampliꝰ ⁊ qđ
felicius deſiderare poſſū
O ſapidū ⁊ dulce v̄bū ſed amāti
verbum nō mundum nec ea que i
mundo ſūt. Deus meus ⁊ omnia.
Intelligenti ſatis dictuʒ eſt: ⁊ ſepe
repetere iocundū eſt amanti. Te ſi
quidē preſente iocūda ſunt omnia
te autēz abſente faſtidiunt cuncta.

Tu facis cor tranquillū ⁊ pacē ma
gnā leticiāqʒ feſtiuā. Tu facis bene
ſentire de omnibus ⁊ i omnibꝰ te
laudarē nec poteſt aliqđ ſine te diu
placere ſʒ ſi debet gratū eſſe ⁊ beñ
ſapere oportet gratiā tuā adeſſe ⁊
condimento tue ſapientie condiri.
Cui tu ſapis qđ ei recte nō ſapiet:
⁊ cui tu non ſapis quid ei ad iocū-
ditatē eſſe poterit? Sed deficiūt in
tua ſapientia mundi ſapientes ⁊ q̄
carnē ſapiunt qr ibi plurima vani-
tas ⁊ hic mors inuenit. Qui aūt te
per contemptū mūdanorū ⁊ cārnis
mortificationē ſequūt vere ſapien
tes eſſe cognoſcunt qr de vanitate
ad veritatem de carne ad ſpirituʒ
trāſferūt. Iſtis ſapit deꝰ ⁊ quicqđ
inuenit i creaturis totū referūt ad
laudē ſui cōditoris. Diſſimilis tñ ⁊
multū diſſimilis ſapor creatoris ⁊
creature eternitatꝭ ⁊ tēporis lucis
increate ⁊ lucis illuminate. O lux
ꝑpetua cuncta creata tranſcendēs
lumina fulgura coruſcationem de
ſublimi penetrantē omnia intima
cordis mei purifica letifica clarifi-
ca ⁊ viuifica ſpiritū meū cum ſuis
potentijs ad inherendū tibi iubilo
ſis exceſſibꝰ. O qn̄ veniet hec bea
ta ⁊ deſiderabilis hora vt tua me
ſaties ꝑſentia vt ſis mihi oīa i om
nibꝰ. Q diu hoc datū nō fuerit nec
plenū gaudiū erit. Adhuc ꝓh do-
lor viuit i me vetꝰ homo nō ē to-
tus crucifixus nō eſt perfecte mor
tuꝰ. Adhuc cōcupiſcit fortiter ad-
uerſꝰ ſpiritū bella mouet inteſtina
nec regnū anime patit eſſe quietū.

Sed tu qui dñaris poteſtati mar̄ ⁊ motum fluctuū eius tu mitigas exurge adiuua me. Diſſipa gentes que bella volūt contere eas ī vtute tua oſtende queſo magnalia tua ⁊ glorificet dextera tua quia nō ē ſpes alia nec refugiū mihi niſi in te dñe deus meus.

Q̄ non eſt ſecuritas a tentatiōe in hac vita Cap̄. xl.

Jli nunq̄ ſecurus es i hac vita ſz quo ad vixer̄ ſēp arma ſpiritualia tibi ſunt neceſſaria. Inter hoſtes verſaris a dextris ⁊ a ſiniſtris ipugnaris. Si ergo nō vteris vndiq; ſcuto patiē tie non eris diu ſine vulnere. Inſuper ſi nō ponis cor tuū fixe i me cū mera voluntate cuncta patiēdi propter me nō poteris ardorē iſtū ſuſtinere nec ad palmam ꝑtingere beatoꝝ. Oportet te ergo viriliter omnia pertranſire ⁊ potenti manu vti aduerſus obiecta. Nam vicēti datur manna ⁊ torpēti relinquitur multa miſeria. Si quer̄ i hac vita requiē quō tūc ꝑuenies ad eternā? Non pon s te ad multam requiē ſed ad magnam patientiā. Quere verā pacē nō in terr s ſed in celis non in hoibꝰ nec in ceteris creaturis ſz i deo ſolo. Pro amore dei debes omnia libent ſubire labores ſcilicz ⁊ dolores tētatiōes vexationes anxietates neceſſitates infirmitates iniurias oblocutiones reprehenſiones humiliatiōes cōfuſiones correctiones ⁊ deſpectiones. Hec iuuant ad virtutes hec ꝓbant xp̄i tyronē hec fabricant celeſtē coronā. Ego redā ei eternā mercedē pro breui labore ⁊ infinitā gloriaꝫ pro trāſitoria cōfuſione. Putas ꝙ ſēp habebis ꝓ tua volūtate cōſolatiōes ſpirituales? Sancti mei nō habuerunt tales ſed multas grauitates ⁊ tētatōes varias magnaſq; deſolatōes ſz patiētes ſuſtinuerūt ſe in omnibꝰ ⁊ magis ſunt confiſi deo ꝙ ſibi ſcientes qꝛ non ſunt condigne paſſiones huius tēporis ad futurā gloriā ꝓmerēdā. Uis tu ſtatim habere. qd̄ multi poſt lachrymas ⁊ magnos labores vix obtinuerūt? Expecta dñꝫ viriliť age ⁊ cōfortare noli diffidere noli diſcedere ſz cōpꝰ ⁊ aiam expone cōſtāť ꝓ gloria dei. Ego reddā pleniſſie. ego tecū ero in omni tribulatione.

Contra vana hominum iudicia Cap̄. xlj

Jli iacta cor tuū firmiter i dño ⁊ hūanū ne metuas iudiciū vbi te conſcientia piū reddit ⁊ inſontē. Bonū ē ⁊ beatū taliter pati nec hº erit graue humili cordi: ⁊ deo magis ꝙ ſibiipſi cōfidenti. Multi multa loquunť: ⁊ ideo parua fides eſt adhibēda. Sz ⁊ oibꝰ ſatis eſſe non eſt poſſibile. Et ſi paulus omnibꝰ ſtuduit i dño placere ⁊ oibꝰ omnia factus eſt tñ etiā ꝓ minimo duxit ꝙ ab hūano die iudicatꝰ fuerit. Egit ſatis ꝓ alioꝝ edificatōe ⁊ ſalute ꝙtū i ſe erat ⁊ poterat ſz ne ab aliꝭs aliqñ iudicaret vel non deſpiceret cohibere nō potuit ideo totum deo cōmiſit

qui totū mouerāt ⁊ patiētia ⁊ humilitate contra ora loquentiū iniqua ac etiam vana ac mendoſa cogitantiū atq; pro libitu ſuo queq; iactantium ſe defendit. Reſpondit tamē interdū ne infirmis ex ſua taciturnitate generaretur ſcandalū: Quis tu vt timeas a mortali hoie hodie ē ⁊ cras nō cōparet. Deū time ⁊ hoīuz terrores ñ expaueſces Quis poteſt aliquis in te verbis aut iniurijs? Sibi poti⁹ nocet q̄ tibi nec poterit iudiciū dei effugere quicūq; eſt ille. Tu habe deuz pre oculis ⁊ noli cōtendere verbis q̄rulosis Q̄ ſi ad preſens videri ſuccumbi ⁊ confuſionem pati quā nō meruiſti ne idigneris ex hoc neq; per ipatientiā minuas coronā tuā ſed a me potius reſpice in celū qui potens ſum eripere ab omni cōfuſione ⁊ iniuria ⁊ vnicuiq; reddere ſm opera ſua.

De pura ⁊ integra reſignatiōe ſui ad obtinendā cordis libertatem Cap. xlij.

Fili relinque te ⁊ inuenies me. Sta ſine electōe ⁊ omni ꝓprietate ⁊ ſemꝑ lucraberis. Nā ⁊ adijcietur tibi āplior gratia ſtatim vt te reſignaueri nec reſumpſeris. Dñe quotiēs me reſignabo ⁊ in quibus me relinquam Semꝑ ⁊ in omni hora ſicut in paruo ſic ⁊ in magno nihil excipio ſed in omnib⁹ te nudatū inueniri volo Alioq̄n quō poteri eē me⁹ ⁊ ego tuus niſi fueris ab omni ꝓpria voluntate int⁹ ⁊ foris ſpoliat⁹: Quāto celerius hoc agis tanto meli⁹ habebis ⁊ quāto plenius ⁊ ſincerius tanto plus mihi placebis ⁊ ampli⁹ lucraberis. Quidā ſe reſignāt ſed cum aliqua exceptione. Non eniz plene deo confidūt ideo prouider ſibi ſatagunt. Quidam etiā primo totū offerunt ſed poſtea tētatione pulſante ad propria redeunt ideo minime i virtute proficiūt: Vt ad veram puri cordis libertatem ⁊ iocunde famiiliaritatis mee gratiā ñ pertingēt niſi integra reſignatione ⁊ quotidiana ſui imolatōe pri⁹ facta ſine qua non ſtat nec ſtabit vnio fruitiua. Dixi tibi ſepiſſime ⁊ nunc iterū dico. Relinque te. reſigna te ⁊ frueris magna interna pace. Da totum pro toto nil exquire nil repete ſta pure ⁊ inheſitāter i me ⁊ habebis me. Eris liber i corde ⁊ tenebre non conculcabūt te. Ad hoc conare hoc ora hoc ſtude deſiderare vt ab omni proprietate poſſis expoliari ⁊ nud⁹ nudū ihῧ ſequi tibi mori ⁊ mihi eternaliter viuere. Tunc deficient omnes vane fantaſie cōturbationes inique ⁊ cure ſuperflue. Tūc etiā recedet imoderatus timor: ⁊ inordinatus amor morietur.

De bono regimine i externis ⁊ recurſu ad deū i periculis. Cap. xliij

Fili ad iſtud diligenter tēdere debes vt i omni loco actiōe ſeu occupatiōe externa ſis intimus liber ⁊ tui ipſi⁹ potens ⁊ ſint omnia ſub te ⁊ tu ñ ſub eis vt ſis dñs actionū tuaruz

⁊ rectoꝛ nõ ſeru⁹ nec empticius ſʒ magis exẽptus veruſqꝫ hebꝛeus in ſoꝛtẽ ac libertatẽ trãſiens filioꝝ dei qui ſtant ſup̲ preſentia ⁊ ſpeculãt eterna qui tranſitoꝛia intuentur ſiniſtro oculo ⁊ dextro celeſtia: quos tẽpoꝛalia nõ trahunt ad inherendũ ſed trahunt ipſi ea magis ad bene ſeruiendũ prout oꝛdinata ſunt a deo ⁊ inſtituta a ſummo opifice qui nil inoꝛdinatũ reliquit in ſua creatura. Si etiã i omni euẽtu ſtas nõ in apparentia externa nec oculo cãnali luſtras viſa vel audita ſʒ mox i qualibet cauſa intras cũ moyſe i tabernaculũ ad cõſulendũ dñm: audies nõnũqꝫ diuinũ reſponſũ. ⁊ redies iſtruct⁹ de multis preſentib⁹ ⁊ futuris. Sẽp enim moyſes recurſũ habuit ad tabernaculũ pꝛo dubijs ⁊ queſtiõib⁹ ſoluendis: fugitqꝫ ad oꝛatiõis adiutoꝛiũ p̲periculis ⁊ ipꝛobitatib⁹ hominũ ſubleuandis. Sic ⁊ tu cõfugere d̃bes i cõdis tui ſecretariũ diuinũ intenti⁹ imploꝛãdo ſuffragium. Propterea nãqꝫ ioſue ⁊ filij iſrael a gabaonitis legũt decepti qꝛ os dñi non prius interrogauerũt: ſed nimiũ creduli dulcibus ſermonibus falſa pietate deluſi ſunt.

Qꝛ homo non ſit importunus in negocijs Cap. xliiij.

Fili cõmitte mihi ſemper cauſaʒ tuã ⁊ ego bene diſponã in tempoꝛe ſuo. Expecta oꝛdinationẽ meam. ⁊ ſenties inde pꝛofectum. Dñe ſatis libẽter omnes res tibi cõmitto qꝛ parꝝ poteſt cogitatio mea pꝛoficere. Utinã non multũ adhererẽ futuris euentib⁹ ſed ad beneplacitum tuũ me incunctanter offerrem. Fili mi ſepe homo rem aliquã agitat qꝫ deſiderat: ſed cũ ad eã p̲uenerit aliter incipit ſentire qꝛ affectões circa idẽ nõ ſunt durabiles ſʒ magis d̃ vno in aliud nos impellunt. Non ergo minimũ etiam in minimis ſe relinquere. Uerus pꝛofect⁹ hominis ẽ abnegatio ſuiipſius ⁊ homo abnegatus valde liber eſt ⁊ ſecur⁹. Sʒ antiqu⁹ hoſtis omnib⁹ bonis aduerſans a tentatione non ceſſat: ⁊ die noctuqꝫ graues molit iſidias ſi foꝛte i laqueũ deceptionis poſſit precipitare i cautũ. Uigilate ergo ⁊ oꝛate dicit dñs vt non intretis i tentationem.

Qꝛ homo nihil boni ex ſe habet ⁊ de nullo gloriari poteſt Cap. xlv.

Domine quid eſt homo qꝫ memoꝛ ſis eius aut fili⁹ hominis quia viſitas eũ. Quid p̲meruit homo vt dareſ illi gratiã tuã? Dñe quid poſſum conqueri ſi deſeris me aut quid iuſte obtendere poſſum ſi quod peto ñ feceris? Certe hoc in veritate cogitare poſſum ⁊ dicere. Dñe nihil ſũ nihil boni ex me habeo ſʒ in omnibus deficio ⁊ ad nihil ſemp̲ tẽdo. Et niſi a te fuero adiutus ⁊ interi⁹ infoꝛmat⁹ tot⁹ efficioꝛ tepidus ⁊ diſſolutus. Tu autẽ dñe ſemp̲ idẽ

ipſe es ⁊ permanes in eternū ſēp bon⁹ iuſtꝰs ⁊ ſanct⁹ bene iuſte ac ſancte agens omnia ⁊ diſponens i ſapientia. Sed ego qui ad defectū magis pronus ſum ꝙ ad profectū nō ſum ſemper i vno ſtatu perdu rans: quia ſeptem tempora mutāt ſuper me. Uerūtamē cito meli⁹ fit cū tibi placuerit ⁊ manū porexerl adiutricē quia tu ſolus ſine huma no ſuffragio poteris auxiliari ⁊ i tantū confirmare vt vultus meus amplius in diuerſa non mutet ſed in te vno cor meū conuertat ⁊ qui eſcat. Unde ſi bene ſcirē omnē hu manā conſolationem abijcere ſiue propter deuotionem adipiſcendā ſiue propter neceſſitatē qua cōpel lor te querere quia nō eſt homo q̄ me conſolet tunc merito poſſem ō gratia ſperare tua ⁊ de dono noue cōſolatiōis exultare. Gratias tibi vnde totū venit quotieſcūqꝫ mihi bene ſuccedit. Ego autē vanitas ⁊ nihilū ante te inconſtans homo ⁊ infirm⁹. Unde ego poſſū gloriari aut cur appeto reputari: Nūquid de nihilo ⁊ hoc vaniſſimū ē. Uere inanis gloria mala peſtis vanitaſ maxima quia a vera trahit gloria ⁊ celeſti ſpoliat gratia. Dum enim homo cōplacet ſibi diſplicet tibi: dū inhiat laudib⁹ hūanis priuat verl virtutib⁹. Eſt aūt vera gloria ⁊ exultatio ſancta gloriari i te ⁊ nō in ſe gaudere in noīe tuo nō in viru tute propria nec i aliqua creatura delectari niſi ꝑpter te. Laudet no mē tuū nō meū magnificet opus tuū nō meum benedicatur nomen ſanctum tuū: nihil aūt attribuatur mihi de laudib⁹ hominū. Tu glo ria mea tu exultatio cōdis mei. In te gloriabor ⁊ exultabo tota die ꝓ me autē nihil niſi in firmitatibus meis. Querāt iudei gloriā que ab inuicem eſt ego hanc requirā que a ſolo deo eſt. Omnis quidē glo ria humana omnis honor tēpora lis omnis altitudo mundana eter ne glorie tue cōparata vanitas ē ⁊ ſtultitia. O ueritas me ⁊ miſeri cordia mea de⁹ me⁹ trinitas beata tibi ſoli laus virtus honor ⁊ glīa per infinitas ſecula ſeculoꝝ. Amē

De contemptu omnis tempo ralis honoris. Cap. xlvi.

Fili noli tibi attrahere ſi videas alios honorari ⁊ eleuari te aūt dſpici ⁊ hūi liari. Erige cor tuū ad me in celū ⁊ nō cōtriſtabit te contemptus hoīs in terris. Domine i cecitate ſum⁹ ⁊ vanitate cito ſeducimur. Si recte me inſpicio. nūꝙ mihi facta eſt in iuria ab aliqua creatura vnde nec iuſte habeo conqueri aduerſum te Qui autē frequent ⁊ grauiter pec caui tibi merito armatur cōtra me oīs creatura. Mihi igit iuſte dbet confuſio ⁊ contēpus tibi aūt laus honor ⁊ gloria. Et niſi me ad hoc preparauero ꝙ velim libēt ab oī creatura deſpici ⁊ relinqui atqꝫ pe nitus nihil videri. nō poſſum ite rius pacificari ⁊ ſtabiliri. nec ſpiri tualiter illuminari. neqꝫ plene tibi vniri.

## Quod pax non est ponenda in hominibus Cap. xlvij.

Fili si ponis pacem tuã cũ aliqua persona propt tuũ sentire ꝛ conuiuere insta bilis eris ꝛ ĩpacatus. Sed si recur sum habes ad semper viuẽtem ꝛ manentem veritatẽ non contrista bit te amicus recedẽs aut moriẽs In me debet amici dilectio stare ꝛ propter me diligendus est quisqꝫ tibi bonus visus est ꝛ multum ca rus in hac vita. Sine me nõ valet nec durabit amicitia nec est vera ꝛ mũda dilectio quã ego nõ copulo Ita mõtuus debes esse talibus af fectionibus dilectoꝝ hoĩuz vt q̄tũ ad te pertinet sine omni humano optares esse cõsortio. Tãto homo deo magis appropinquat q̄to ab omni solatio terreno longius rece dit. Tanto etiam altius ascẽdit ad deũ quanto ꝓfundius in se descẽ dit ꝛ plus sibi ipsi vilescit. Qui aũt aliquid boni sibi attribuit. gratiaz dei ĩ se venire ĩpedit qꝛ gratia spi ritus sancti cor humile querit sem per. Si scires te perfecte ãnihilare atqꝫ ab omni creato amore euacu are tunc deberem ĩ te cum magna gratia emanare. Sed quãdo tu re spicis ad creaturas subtrahit tibi aspect⁹ creatoris. Disce te ĩ omni bus propter creatorẽ vincere tũc ad diuinã valebis cognitionẽ per tingere. Quantũcũqꝫ modicuz sit si inordinate diligitur ꝛ respicitur retardat a summo ꝛ vitiat.

## Contra vãnam ꝛ secularẽ scientiam Cap. xlviij.

Fili nõ moueãt te pulchra ꝛ sbtilia dicta hoĩuz. Nõ enim ẽ regnũ dei ĩ sermo ne sꝫ in virtute. Attende v̄ba mea q̄ue corda accendũt ꝛ mentes illu minant inducunt compunctionẽ ꝛ variam ingerunt consolationem. Nũq̄ ad hoc legas verbum vt do ctior aut sapientior possis videri: sed stude mortificationem vitiorũ quia hoc amplius tibi proderit q̄ noticia multarũ difficilitiz questio num: Cum multa legeris ꝛ cogno ueris ad vnũ tamen oportet venire principiũ. Ego sum qui doceo ho minẽ scientiã ꝛ clariorẽ intelligen tiã paruulis tribuo: q̄ ab homine possit doceri. Cui ego loquor cito sapiens erit ꝛ multũ in spiritu ꝓfi ciet. Ue illis qui multa curiosa ab hominibus ĩquirũt ꝛ de via mihi seruiendi parũ curãt. Ueniet tem pus qñ apparebit magister magi stroꝝ xp̄s dñs angeloꝝ cunctorũ auditurus lectiones hoc est singu lorum examinaturus cõscientias ꝛ tunc scrutabitur hierusalẽ in lu cernis ꝛ manifesta erũt abscõdita tenebrarum tacebuntqꝫ argumẽta linguarum. Ego sum qui humilez in puncto eleuo mentem vt plures eterne veritatis capiat ratiões q̄ si quis decẽ ãnis studuisset ĩ scholis Ego doceo sine strepitu verboꝝ si ne cõfusiõe opinionũ sine fastu ho noris sine pugnatiõe argumẽtorũ Ego sum q̄ doceo terrẽa despicere

presentia fastidire. eterna querere. eterna sapere. honores fugere. scādala sufferre. omnē spem in me ponere. extra me nil cupere: ꝛ sup omnia ardenter me amare Nam quidam amando me intime didicit diuina ꝛ loquebat mirabilia. Plus pfecit i relinquēdo oia q̄ i studendo subtilia. Sed aliis loquor coīa aliis specialia. aliquibus i signis ꝛ figuris dulciter appareo. qbusdā vo in multo lumine reuelo mysteria. Una vox libroꝝ. sed non omnes eque informat. q̄a intus sum doctor veritatis. cordis scrutator cogitationū intellector. actionum promotor: distribuēs singulis sic dignum iudicauero.

De non attrahēdo sibi res exteriores Cap. xlix.

Fili i multis oportet te esse inscīū. ꝛ estimare te tanq̄ mortuū super terrā ꝛ cui totus mundus crucifix⁹ sit. Multa ēt oportet surda aure pertrāsire ꝛ que tue pacis sunt magis recogitare. Utilius est oculos a reb⁹ displicentib⁹ auertere ꝛ vnicuiq; suū sentire relinquere. q̄ cōtētiosis sermonib⁹ deseruire. Si bene steteris cū deo ꝛ ei⁹ iudiciū aspexeris. facili⁹ te victū portabis. O dn̄e quousq; venim⁹? Ecce dānū defletur temporale. pro modico questu laborat ꝛ curit. ꝛ spirituale detrimētū i obliuionē trāsit. ꝛ vix sero redit. Quod parū vel nihil pdest attendit: ꝛ quod sūme necessariū est negligēter pterit. quia tot⁹ homo ad externa defluit. ꝛ nisi cito resipiscat: libens in exteriorib⁹ iacet.

Quod omnibus non est credendum: ꝛ de facili lapsu verborum Cap. l.

Da mihi auxiliū dn̄e de tribulatione quia vana sal⁹ hominis. Quā sepe ibi nō īueni fidē vbi me habere putaui. quotiēs etiā ibi repperi. vbi minus psūpsi. Uana g̃ spes i hominibus. salus autē iustoꝝ in te deus Benedict⁹ sis dn̄e deus i omnib⁹ que nobis accidūt. infirmi sumus ꝛ instabiles. cito fallimur ꝛ pmutamur Quis ē homo qui ita caute ꝛ circūspecte i omnib⁹ se custodire valet vt aliqñ i aliquā deceptionē vel perplexitatē nō veniat Sed qui in te dn̄e confidit ac simplici ex corde querit. non tā facile labit. Et si iciderit aliquā tribulationem quomodocūq; etiam fuerit iplicat⁹. citius per te eruet aut a te consolabit: quia tu non deseris in te sperantē vsq; in finē. Rarus fidus amicus in cunctis amici pseuerās pressuris. Tu dn̄e tu solus es fidelissimus in omnib⁹: ꝛ pter te nō ē alter talis. O q̄ bene sapuit illa anima sancta que dixit: mēs mea solidata est ꝛ in xp̄o fundata Si ita mecū foret. non tam facile timor human⁹ me sollicitaret nec vboꝝ iacula mouerēt. Quis oia puidere. q̄s precauere futura mala sufficit: Si preuisa etiā ledūt sepe. q̄d iprouisa nisi grauiter etiā feriunt: Sed quare mihi misero nō

melius prouidi? Cur etiã tã facile
alijs credidi? Sed homines ſum⁹
nec aliud ꝙ fragiles hoïes ſum⁹
etiã ſi angeli a multis eſtimamur
⁊ dicimur. Cui credã dñe. cui cre-
dã niſi tibi? Ueritas es que nõ fal
lis nec falli potes Et rurſũ: oïs ho
mo mendax. infirm⁹. iſtabilis ⁊ la-
bilis. maxime in verbis. ita vt ſta-
ti vix credi debeat ꝙ rectum in fa
cie ſonare videt. quã prudẽter pre-
monuiſti cauendũ ab hominib⁹: ⁊
qr inimici hominis domeſtici ei⁹
nec credendũ ſi qs dixerit: ecce hic
aut ecce illic. Doct⁹ ſum damno: ⁊
vtinã ad cautelã maiorẽ. nõ ad in-
ſipientiã mihi. Cautus eſto quidã
ait. caut⁹ eſto. ſerua apud te quod
dico. Et dũ ego ſileo ⁊ abſconditũ
credo. nec ille ſilere poteſt quod ſi
lendũ petijt. ſȝ ſtatim ꝓdit me ⁊ ſe
⁊ abijt. Ab huiuſmodi fabulis ⁊ i
cautis hominib⁹ protege me dñe
ne in manus eoꝝ incidã nec vnꝙ
talia cõmittã. Uerbũ verũ ⁊ ſtabi-
le da in os meũ: ⁊ linguã callidaȝ
longe fac a me. Qđ pati nolo. om
nimode cauere debeo. O ꝙ bonũ
⁊ pacificũ đ alijs ſilere. nec aliud i
differẽter oïa credere. neqȝ đ facili
vlteri⁹ effari. paucis ſeipſũ reuela
re: te ſemper inſpectorẽ cordis que
rere. nec omni vento verborum
circũferri: ſȝ oïa intima ⁊ externa
ſȝ tue beneplacitũ volũtatis opta
re perfici. Quã tutũ ꝑ cõſeruatiõe
celeſtis gratie humanã fugere ap-
parẽtiã. nec appetere que foris ad
mirationem videntur ꝓbere: ſed
ea tota ſedulitate ſectari que vite
emendationẽ dant ⁊ feruorẽ. quã
multis nocuit virt⁹ ſcita ac prepro
pere laudata. ꝙ ſana profuit gra-
tia ſilentio ſeruata i hac fragili vi-
ta que tota tẽtatio ſert ⁊ malitia.

De confidentia in deo ha-
benda quando inſurgunt
verborũ iacula Cap. lſ.

Ili ſta firmiter ⁊ ſpera in
me. Quid enim ſunt vba
niſi verba? Per aerẽ vo-
lant. ſed lapidẽ nõ ledũt. Si reus
es cogita ꝙ te libẽter velis emẽda
re. Si nihil tibi cõſci⁹ es. penſa ꝙ
velis libenter pro deo hoc ſuſtine
re. Parũ ſatis eſt vt vel verba ĩter
dum ſuſtineas q̃ necdũ fortia ver-
bera tolerare vales. Et quare taȝ
parua tibi ad cor trãſeũt. niſi quia
ad huc carnalis es: ⁊ hoïes ma-
gis ꝙ oportet attẽdis? Nã quia đ-
ſpici metuis. reprehẽdi pro exceſſi
bus nõ vis. ⁊ excuſationũ queris
vmbracula. Sed inſpice te melius
⁊ agnoſces quia viuit adhuc in te
mũdus ⁊ vanus amor placẽdi ho
minibus. Cũ enim baſſari refugis
⁊ cõfundi pro defectibus. conſtat
vtiqȝ ꝙ nec vere humilis ſis nec
vere mundo mortuus nec tibi mũ
dus crucifixus. Sed audi verba
mea: ⁊ nõ curabis decẽ milia ho-
minum verba. Ecce ſi cuncta ꝯtra
te dicerentur que fingi malicioſiſſi
me poſſent. quid tibi noceret ſi oïo
tranſire permitteres nec pluſꝙ fe
ſtucam perpenderes? Nũquid vel
vnũ capillũ tibi extraher̃ poſſent

Sȝ qui cor int⁹ nō habet nec deū pre oculis. faciliter verbo mouet vituperationis. Qui autem in me cōfidit nec proprio iudicio stare appetit. absq̧ humano terrore erit. Ego enim sū iudex ⁊ cognitor oiuȝ secretorū:ego scio q̄liter res acta ē ego iniuriantē noui ⁊ sustinētē. A me erit verbū istud. me pmittente hoc accidit. vt reuelent ex multis cordibus cogitatiōes. Ego reum ⁊ innocentem iudicabo:sed occulto iudicio vtrūq̧ ante probare volui. Testimoniuȝ hoiuȝ sepe fallit: meum iudicium verū est. stabit ⁊ non subuertetur. latet plerumq̧ ⁊ paucis ad singla patet. nūq̄ tamē errat nec errare potest. etiā si oculis insipientiū non rectū videatur Ad me ergo recurrendū est in omni iudicio. nec proprio innitenduȝ arbitrio. Justus enim non conturbabit quicquid a deo ei acciderit Etiā si iniuste aliq̄d cōtra eū prolatum fuerit. non multum curabit. Sed nec vane exultabit si p alios rationabiliter excuset. Pēsat nāq̧ q̄ ego sum scrutans corda ⁊ renes qui non iudico ſm facieȝ ⁊ humanam apparentiā. Nam sepe in oculis meis reperit culpabile: qd hominū iudicio credit laudabile. dn̄e deus iudex iuste fortis ⁊ patiēs q̄ hominū nosti fragilitatē ⁊ prauitatē. esto robur meū ⁊ tota fiducia mea. Non enim mihi sufficit conscientia mea. tu nosti quod ego nō noui: ⁊ ideo in omni reprehensiōe me humiliare debui ⁊ māsuete sustinere. Jgnosce ergo mihi propitius q̄tiens sic nō egi: ⁊ dona iteruȝ gratiā amplioris sufferentie. Melior est eniȝ mihi tua copiosa misericordia ad consecutionem indulgentie:q̄ mea opinata iusticia pro defensione latentis cōscientie. Et si nihil mihi conscius sum. tamē in hoc me iustificare nō possū: q̄ remota misericordia tua nō iustificabit in cōspectu tuo omnis viuēs

Oīa grauia pro eterna vita sunt toleranda Cap. lij.

Fili nō frangant te labores quos assūpsisti ꝑpter me nec tribulatiōes te ōījciant vsq̧ quaq̧. sȝ mea ꝑmissio in omni euētu te roboret ⁊ ꝯsoletur. ego sufficiēs suȝ ad redēdū supra omnē modū ⁊ mensurā. Non hic diu laborabis. nec semp grauaberis doloribus: Expecta paulisper ⁊ videbis celerē finē malorū. Ueniet vna hora quādo cessabit omnis labor ⁊ tumultus. Modicū ē ⁊ breue omne quod transit cū tēpore. Age ergo vt agis fideliter. labora in vinea mea. ego ero merces tua. Scribe lege. canta. geme. tace ora. sustine viriliter contraria: digna ē his omnib⁹ ⁊ maiorib⁹ plı̄js vita eterna. Ueniet pax in die vna que nota ē dn̄o. Nō eniȝ erit dies vel nox hui⁹ scilicet tēporis: sȝ lux ꝑpetua. claritas infinita pax firma ⁊ requies secura. Nō dices tūc:q̄s me liberabit de corpe mōtis hui⁹ nec clamabis: heu mihi q̄ incolatus me⁹ ꝓlōgat⁹ ē. qm̄ ꝑcipitabit

moꝛs. ⁊ ſalus erit indefectiua. an
xietas nulla. iocunditas beata. ſo
cietas dulcis ⁊ decoꝛa. O ſi vidiſ
ſes ſanctoꝝ i celo coꝛonas ꝑpetu
as. quãta quoqꝫ nũc exultãt glo
ria qui huic mũdo olim cõtẽptibi
les ⁊ q̃ſi vita ipſi idigni putabant
pꝛofecto te ſtatim hũiliares vſqꝫ
ad terrã: ⁊ affectares potius om
nib' ſubeſſe q̃ vni ꝑeſſe. nec hui'
vite letos dies cõcupiſceres. ſꝫ ma
gis pꝛo deo tribulari gauderes: ⁊
pꝛo nihilo inter hoĩes ꝯputari ma
ximũ lucrũ duceres. O ſi tibi hec
ſaperẽt ⁊ ꝓfunde ad coꝛ tranſirẽt
quõ auderes vel ſemel conqueri.
Nõne pꝛo vita eterna cuncta labo
rioſa ſunt tolerãda. Nõ ẽ paruuꝫ
quid lucrari aut perdere regnũ dĩ
Leua igiẗ faciẽ tuam in celo. Ecce
ego ⁊ omnes ſancti mei mecũ q̃ i
hoc ſeclo magnũ habueꝛ certamẽ
modo gaudent. mõ conſolanẗ: ⁊
modo ſecuri ſũt: ⁊ mõ ꝛ̃quieſcunt
⁊ ſine fine in regno patris mei per
manebunt mecum

De die eternitatis ⁊ huius vite anguſtijs. Cap. liij.

tabo meli⁹ ꝛ ſalubri⁹ niſi meipſuz

totaliter humiliãdo corã te ⁊ tuã infinitã bonitatẽ exaltando ſupra me. Laudo te deus meꝰ ⁊ exalto i eternũ. Deſpicio me: ⁊ ſubijcio tibi in profundũ vilitatis mee. Ecce tu ſanctꝰ ſctõꝝ: ⁊ ego ſordes peccatorũ. ⁊ tu iclinas te ad me. q̃ nõ ſũ dignꝰ ad te reſpicere. Ecce tu venis ad me. tu vis eſſe mecũ. tu inuitas ad conuiuiũ tuũ. tu mihi dare vis celeſtẽ cibũ: ⁊ panem angeloꝝ ad manducãdũ. non aliũ ſane ꝙ teipſꝫ panẽ viuũ: qui de celo deſcẽdiſti ⁊ das vitã mũdo. Ecce vñ dilectio ꝓcedit. qualis dignatio illuceſcit. ꝙ magne gratiaꝝ actiones ⁊ laudes tibi ꝑ his debenť. O ꝙ ſalutare ⁊ vtile ꝯſiliũ tuũ cũ illđ iſtituiſti ꝙ ſuaue ⁊ iocũdũ cõuiuiũ cum teipſum i cibũ donaſti. O ꝙ admirabilis operatio tua dñe. ꝙ potens virtus tua. ꝙ infallibilis vitas tua Dixiſti eni ⁊ facta ſunt oĩa: ⁊ hoc factũ eſt ꝙ ipſe iuſſiſti. Mira res ⁊ fide digna ac humanũ vincẽs intellectũ ꝙ tu dñe deus meus verꝰ deus ⁊ homo ſub modica ſpecie panis ⁊ vini iteger ꝯtineris ⁊ ſine ꝯſũtione a ſumente manducaris. Tu dñe vniuerſoꝝ qui nullius habes idigẽtiã voluiſti ꝑ ſacramẽtũ tuũ habitare in nobis. ꝯſerua cor meũ ⁊ corpꝰ. meũ imaculatũ vt leta. ⁊ pura cõſciẽtia ſepiꝰ valeã tua celebrare myſteria ⁊ ad meã ppetuã accipe ſalutẽ: que ad tuũ precipue honorẽ ⁊ memoriale perhẽne ſanxiſti ⁊ inſtituiſti. Letare anima mea ⁊ gratias age deo ꝑ tãꝫ nobili munere ⁊ ſolatio ſingulari in hac lachrymaꝝ valle tibi relicto. Naꝫ quotiẽs hoc myſteriũ r̃colis ⁊ xpi corpꝰ accipis. totiens tue redẽptionis opus agis: ⁊ particeps oĩuꝫ meritoruꝫ xpi efficeris. Charitas eteni xpi nunꝙ minuiť: ⁊ magnitudo ꝓpinatiõis eius nũꝙ exhauriť. Ideo noua ſemp mẽtis renouatõe ad hoc diſpõeť te debes. ⁊ magnũ ſalutis myſteriũ attẽta cõſideratione penſare. Ita magnuꝫ nouum ⁊ iocũdũ tibi videri debet cum celebras: aut miſſam audis. ac ſi eodeꝫ die xp̃s pmũ in vterũ virginis d ſcendẽs homo factꝰ eſſet: aut i cruce pendens pro ſalute hoĩuꝫ pateretur et moreretur.

Q vtile ſit ſepe cõmunicare. Ca. iij.

Ecce ego venio ad te dñe vt bñ mihi ſit ex munere tuo ⁊ letificer in cõuiuio ſancto tuo qđ paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Ecce i te ẽ totuꝫ quod deſiderare poſſum ⁊ debeo tu: ſalus mea ⁊ r̃dẽptio. ſpes ⁊ fortitudo. decꝰ ⁊ gloria. Letifica ergo hodie animã ſui tui. qm̃ ad te dñe ihu animã meã leuaui. Deſidero te nũc deuote ac reuerẽter ſuſcipere cupio te in domũ meã introduceř quatenꝰ cũ zacheo merear a te bñdici ac iter filios abrahe cõputari Anima mea corpꝰ tuũ cõcupiſcit. cor meũ tecũ vniri đſiderat. Trade te mihi ⁊ ſufficit. Naꝫ preter te nulla cõſolatio valet. ſine te eſſe nequeo. ⁊ ſine viſitatiõe tua viuer nõ

valeo. Ideoq̧ oportet me frequēter ad te accedere ⁊ in remediū ſaluti mee recipe: ne forte ðficiā i via ſi fuero celeſti fraudat⁹ alimonia. Sic eni tu miſicordiſſime iħu p̄dicās populis ⁊ varios curās lāguores aliqñ dixiſti: Nolo eos ieiunos dimitterē i domū ſuā ne ðficiāt i via. Age igit̃ hoc mō mecū q̄ te pro fideliū ꝯſolatiōe i ſacramēto reliq̄ſti. Tu es eniȝ ſuauis refectio anime. ⁊ qui te digne mādncauerit pticeps ⁊ heres erit eterne glorie. Neceſſariū quidē mihi ē qui tam ſepe laboro ⁊ pecco tā cito torpeſco ⁊ deficio. vt p frequētes orōnes ⁊ cōfeſſiones ⁊ ſacrā tui corporis pceptionē me renouē. mundē: ⁊ accendā. ne forte diutius abſtinēdo a ſācto ꝓpoſito ðfluā. Proni eniȝ ſunt ſenſus hoīs ad malū ab adoleſcētia ſua: ⁊ niſi ſuccurrat diuina medicina. labit̃ hō mox ad peiora Retrahit ḡ ſancta comunio a malo ⁊ ꝯfortat i bono. Si eniȝ modo taȝ ſepe negligens ſum ⁊ tepid⁹ qñ cōmunico aut celebro: quid fieret ſi medelā nō ſumerē ⁊ tā grāde leuamē nō q̄rerē: Et licet omni die nō ſim apt⁹ nec ad celebrādū bene diſpoſit⁹. dabo tñ operā ꝯgruis tēporib⁹ diuina percipe myſteria ac tante gratie pticipē me exhibere. Nā hec eſt vna principalis fidelis anime conſolatio q̄diu peregrinat̃ a te i mortali corpore. vt ſit ſepius memō di ſui. dilectū ſuū ðuota ſuſcipiat mēte. O mira circa nos tue pietatis dignatio q̄ tu dñe de⁹ creator ⁊ viuificator oīuȝ ſpirituū ad pauperculā dignaris venire aīaȝ ⁊ cū tota diuitate tua ac humanitate ei⁹ īpinguar̃ eſuriē. O felix mēs ⁊ beata aīa que te dñȝ deū ſuū meretur ðuote ſuſcipe ⁊ i tua ſuſceptiōe ſpiritali gaudio repleri. O q̄ magnū ſuſcipit dñȝ. q̄ dilectū inducit hoſpitē. q̄ iocūdū recipit ſociū. q̄ fidelē acceptat amicū. q̄ ſpecioſū ⁊ nobilē amplectit̃ ſpōſū. pre oībus dilectis ⁊ ſup oīa ðſiderabilia amādū. Sileāt a facie tua dulciſſime dilecte me⁹ celū ⁊ terra ⁊ oīs ornat⁹ eoꝝ. qm̄ quicquid laudis habent ac decoris ex dignatiōe tue eſt largitatis: nec ad decorē tui pueniēt nominis: cuius ſapiētie nō ē numer⁹

O multa bona preſtant̃ ðuote cōmunicantibus Cap. iiij.

Domine de⁹ me⁹ pueni ſeruū tuū i bn̄dictiōib⁹ dulcedinis tue vt ad tuū magnificū ſacramētū digne ac deuote merear accedere. Excita cor meum i te: ⁊ a graui torpoꝛe exue me. Uiſita me i ſalutari tuo ad guſtandū i ſpiritu tuā ſuauitatē: q̄ in hoc ſacramēto tāq̄ i fonte plenarie latet. Illumina q̄ꝫ oculos meos ad ītuendū tāti myſteriū: ⁊ ad credendū illud idubitata fide me robora Eſt enim opatio tua nō hūana potentia tua ſacra inſtitutio nō hoīs adminuēdo. Nō enim ad hec capiēnda ⁊ intelligēda aliq̄s idone⁹ p ſe repit̃: que angelicā etiā ſubtilitatē trāſcēdūt. Quid ḡ ego peccator idign⁹ terra ⁊ cinis ð tā alto ſacro

ſecreto potero inueſtigare ⁊ capere?
Dñe i ſimplicitate cordis. i bõa fir
ma fide ⁊ i tua iuſſiõe ad te cū ſpe
⁊ reuerētia accedo. ⁊ vere credo qꝛ
tu preſēs es hic i ſacramēto deꝰ ⁊
hō. Uis ergo vt te ſuſcipiā ⁊ meipſū ti
bi i charitate vniā. Uñ tuā pcor cle
mētiā ⁊ ſpecialē ad hoc iploro mi
hi donari gratiā vt totꝰ i te liqfiaꝫ
⁊ amore pfluā atqꝫ de nulla aliena
cõſolatiõe amplꝰ me itromittā. eſt
enim hoc altiſſimū ⁊ digniſſimū ſa
cramētū ſalus aie ⁊ corporis. me
dicina ois ſpiritualis lãguoris. i quo
vitia mea curāt. paſſiões frenāt. tē
tatiões vincunt ac minuūt. gratia
maior ifundit. virtꝰ icepta augetur
firmat fides. ſpes roborat: ⁊ cha
ritas igneſcit ac dilatat. Multa nā
que bona largitꝰ es ⁊ adhuc ſepꝰ
largiris i ſacramēto dilectis tuis
deuote coicātibꝰ deꝰ meꝰ ſuſceptõ
aie mee. repator ifirmitatis hūane
⁊ totiꝰ dator ꝯſolatiõis iterne. Nā
multā ipſis cõſolationē aduerſꝰ va
rias tribulatiões ifundis ⁊ ab imo
deiectiõis ꝓpe ad ſpem tue prote
ctiõis erigis. atqꝫ noua quadā gra
tia eos itus recreas ⁊ illuſtras: vt
qui anxij primū ⁊ ſine affectiõe ſe
ante coionē ſenſerāt. poſtea refecti
cibo potuqꝫ celeſti i meliꝰ ſe muta
tos iueniant. Quod idcirco cū ele
ctis tuis ita diſpēſant agis vt vera
citer agnoſcāt ⁊ patēter experiant ꝙ
nihil ex ſemetipſis habeāt ⁊ ꝗd bo
nitatis ac gratie ex te cõſequāt qꝛ
ex ſemetipſis frigidi duri ac inde
uoti. ex te autē feruētes alacres ⁊
deuoti eſſe merent. Quis enim ad
fontē ſuauitatis hūiliter accedens
nõ modicū ſuauitatis inde repõtat?
Aut quis iuxta ignē copioſū ſtās
non parū caloris inde pcipit? Et tu
fons es ſemp plenꝰ ⁊ ſupabūdās
ignis iugiter ardēs ⁊ nūqꝫ deficiēs
Uñ ſi mihi nõ licet haurire de ple
nitudine fontis nec vſqꝫ ad ſatieta
tē potare. apponā tñ os meū ad fo
ramen celeſtis fiſtule vt ſaltē inde
guttulā modicā capiā ad refocil
landā ſitim meā vt nõ penitꝰ exar
ſcā. Et ſi necdū totus celeſtis ⁊ tā
ignitus vt ſeraphin ⁊ cherubin eē
poſſū. conabor tñ deuotiõi iſiſtere
⁊ cor meū ꝓparare vt vel modicā
diuini incendij flammā ex humili
ſumptione viuifici ſacramēti con
quirā. Quicquid autē mihi deeſt
bone iheſu ſaluator ſanctiſſime. tu ꝓ
me ſupple benigne ac gratioſe: qui
omnes ad te dignatꝰ es vocare. di
cens: Uenite ad me omnes qui la
boratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego refi
ciā vos. Ego quidē laboro i ſudo
re vultꝰ mei. dolore cordis torqo
peccatis oneror. tētatiõibꝰ iquie
tor. multis malis paſſiõibꝰ iplicor
⁊ premor: ⁊ nõ ē qui adiuuet. non
eſt qui liberet ⁊ ſaluū faciat niſi tu
dñe deꝰ ſaluator meꝰ cui cõmitto
me ⁊ oia mea vt me cuſtodias ⁊ ꝑ
ducas i vitā eternā. Suſcipe me in
laudē ⁊ gloriā nõis tui ꝗ corpꝰ tu
uꝫ ⁊ ſāguinē i cibū ⁊ potū mihi pa
raſti. Preſta dñe deꝰ ſalutaris me
us vt cū frequētatiõe myſterij tui
creſcat mee deuotionis affectus.

De dignitate sacramenti ⁊ statu sacerdotali. Cap.v.

Si haberes angelicā puritatē ⁊ sancti iohis baptiste sanctitatē. nō esses dign⁹ hoc sacramentū accipere nec tractare. Nō enim hoc meritis debet hoīuʒ q̄ homo conſecret ⁊ tractet xp̄i ſacramentū ⁊ ſumat ī cibū panem angeloꝝ. Grande myſteriū ⁊ magna dignitas ſacerdotū. quib⁹ datum eſt quod angelis nō eſt conceſſum. Soli nāq̄ȝ ſacerdotes ī eccleſia rite ordinati poteſtatē habēt celebrandi ⁊ corpus xp̄i ꝯſecrādi Sacerdos quidē miniſter eſt dei vtens verbo dei ꝑ iuſſionē ⁊ inſtitutionē dei. Deus autē ibi principalis ē auctor ⁊ inuiſibilis oꝑator cui ſubeſt omne qđ voluerit. ⁊ paret omne qđ iuſſerit. Plus ergo credere debes deo oīpotenti ī hoc excellētiſſimo ſacramēto q̄ ꝓo ſenſui aut alicui ſigno viſibili. Ideo q̄ȝ cū timore ⁊ reuerētia ad hoc op⁹ eſt accedendū. Attende igit ⁊ vide cuius miniſteriū tibi traditū eſt ꝑ ipoſitionē man⁹ epiſcopi. Ecce ſacerdos factus es ⁊ ad celebrādū conſecratus. vide nunc vt fideliter ⁊ deuote in ſuo tēpore deo ſacrificiū offeras ⁊ te ipſum irreprehenſibilē exhibeas. Nō alleuiaſti onus tuū. ſed artiori iam alligat⁹ es vinculo diſciplinę: ⁊ ad maiorē teneri perfectionē ſanctitatis. Sacerdos omnib⁹ virtutib⁹ debet eſſe ornatus: ⁊ alijs bone vite exemplū prebere. Eius cōuerſatio non cū popularibus ⁊ cōibus hoīuʒ vijs: ſʒ cū angelis in celo aut cum ꝑfectis viris ī terra. Sacerdos ſacris veſtib⁹ idut⁹ xp̄i vices gerit. vt deū pro ſe ⁊ ꝓ omni populo ſuppliciter ⁊ hūiliter roget. Habʒ nāq̄ȝ ante ſe ⁊ retro dominice crucis ſignū ad memorādū iugiter xp̄i paſſionē. Ante ſe crucē ī caſula pōtat vt xp̄i veſtigia diligēt' iſpiciat ⁊ ſequi feruēt' ſtudeat. Poſt ſe cruce ſignatus ē vt aduerſa q̄libʒ illata ab aliis clemēter ꝓ deo toleret. Ante ſe crucē gerit vt ꝓpa peccata lugeat. poſt ſe. vt alioꝝ etiā cōmiſſa ꝑ cōpaſſionē d̄fleat. ⁊ ſe mediū int' deū ⁊ peccatorē cōſtitutū eſſe ſciat: nec ab oratione nec ab oblatiōe ſācta torpeſcat: donec gratiā ⁊ miſericordiā ipetrare mereat'. Qñ ſacerdos celebrat. deū honorat āgelos letificat. eccleſiā edificat. viuos adiuuat. d̄functis requiem p̄ſtat: ⁊ ſeſe oīum bonoꝝ participē efficit.

Interrogatio d̄ exercitio ante cōmunionem Cap.vj.

Um tuā dignitatē dñe ⁊ meā vilitatē penſo. valde cōtremiſco ⁊ in meipo cōfundor. Si enīʒ nō accedo. vitam fugio. ⁊ ſi indigne me igeſſero offēſam incurro. Quid ġ faciam deus me⁹ auxiliator me⁹ ⁊ ꝯſiliator ī neceſſitatib⁹? Tu doce me viā rectā ꝓpone breue aliquod exercitiū ſacre cōmunioni cōgruū. Utile ē eni ſcire q̄liter ſcilicʒ deuote ac reuerēt' tibi ꝓparar' debeā cor meū ad recipiēdū ſalubriter tuū ſacramentū

ſeu etiā celebrandū tam magnum ⁊ diuinum ſacrificium.

De diſcuſſione proprie cōſciētie ⁊ emēdatiōis ꝓpoſito. Cap. vij

Uper oia cū ſūma humilitate cordis ⁊ ſupplici reuerētia cū plena fide ⁊ pia itentiōe honoris di ad hoc ſacramentū celebrādū tractādū ⁊ ſumēdū oportet dei accedere ſacerdotē Diligēt examina ↄſciētiā tuā ⁊ ꝓ poſſe tuo vera ↄtritiōe ⁊ hūili ↄfeſſione eā nuda ⁊ clarifica ita vt nil graue habeas aut ſcias qd te rmōdeat ⁊ liberū acceſſū īpediat. Habeas diſplicētiā oium peccatoꝝ tuoꝝ i generali. ⁊ ꝓ qtidianis exceſſib⁹ magis i ſpeciali doleas ⁊ gemas: ⁊ ſi tēp⁹ patit deo in ſecreto cordis cūctas ↄfitere paſſionū tuaꝝ miſerias. Ingemiſce ⁊ dole ꝙ adhuc ita carnalis ſis ⁊ mūdanus tā īmortificat⁹ a paſſionib⁹. tā plen⁹ ↄcupiſcētiaꝝ motib⁹. tā icuſtodit⁹ i ſēſib⁹ exteriorib⁹. tā ſepe młtis vanis fātaſijs iplicat⁹. tā multū iclinat⁹ ad exteriora. tā negligēſ ad iteriora. tā leuis ad riſū ⁊ diſſolutionē. tā dur⁹ ad fletū ⁊ cōpūctionē. tā prompt⁹ ad laxiora ⁊ carnis comoda. tā ſegnis ad rigorē ⁊ feruorē. tā curioſus ad noua audiēda ⁊ pulchra ītuēda. tā remiſſus ad hūilia ⁊ abiecta āplectēda. tam cupid⁹ ad multa habenda: ⁊ tam parc⁹ ad dandū. tā tenax ad retinēdum. tā incōſiderat⁹ in loquendo tā icōtinēs ad tacendū. tā incompoſit⁹ in morib⁹. tam iportun⁹ in actib⁹. tā effuſus ſup cibū. tā ſurdus ad dei verbū. tā velox ad quietē. tā tardus ad laborē. tā vigilās ad fabulas. tā ſomnolētus ad vigilias ſacras. tam feſtin⁹ ad finē. tā vagus ad attendendū. tā negligēs in horis pſoluēdis. tā tepidus i celebrando. tā aridus i coicando. tā cito diſtract⁹. tā raro tibi bene collect⁹. tam ſubito cōmot⁹ ad irā. tā facilis ad alteri⁹ diſplicētiā. tā pronus ad iudicandū. tā rigid⁹ ad arguendū. tā letus ad pſpera. tā debilis i aduerſis. tā ſepe multa bōa ꝓponens ⁊ modicū ad effectū perducēs. His ⁊ alijs ďfectib⁹ tuis cū dolore ⁊ magna diſplicētia ꝓprie ifirmitatis confeſſis ac deploratis firmū ſtatue ꝓpoſitū ſemper emēdādi vitā tuā ⁊ i melius ꝓficiendi Deinde cū plena reſignatiōe ⁊ integra volūtate offerte ipſū i honorē nois mei i ara cordis tui holocauſtū ppetuū. corp⁹ tuū ſcilicet ⁊ aiā mihi fideliter cōmittendo. qtenus ſic digne merearis ad offerēdū dō ſacrificiū accedere ⁊ ſacramētū cōporis mei ſalubriter ſuſcipere. Nō eſt enim oblatio dignior ⁊ ſatiſfactio maior pro peccatis diluēdis ꝙ ſeipſū pure ⁊ integre cū oblatione corporis xpi i miſſa ⁊ i coione dō offerre Si homo fecerit qd i ſe ē ⁊ vere penituerit. quotienſcūq ꝓ venia ⁊ gratia ad me acceſſerit. viuo ego dicit dñs: qr nolo mortē peccatoris ſed magis vt ↄuertat ⁊ viuat. qm peccatoꝝ ſuoꝝ nō recordabor ampli⁹ ſꝫ cūcta ſibi idulta erūt

De oblatione xpi i cruce ꝛ ppria reſignatione Cap. viij.

Ji ut ego meipſũ expãſis i cruce manib⁹ ꝛ nudo cõpoꝛe pro peccatis tuis ꝺo patri ſpõte obtuli ita vt nihil in me remaneret quin totũ i ſacrificium diuine placatiõis tranſierit: ita debes ꝛ tu temetipſũ mihi volũtarie in oblationẽ purã ꝛ ſanctã quotidie i miſſa cũ oib⁹ virib⁹ ꝛ affectibus tuis quanto intimius vales offerre. Quid magꝭ a te requiro ꝙ vt te ſtudeas mihi ex integro reſignare? Quicquid preter teipſũ das nihil curo. qꝛ nõ q̃ro datũ tuũ ſed te. Sicut nõ ſufficeret tibi oib⁹ habitis preter me. ita nec mihi placere poterit quicqd dederꝭ te nõ oblato. Offer te mihi ꝛ da te totũ ꝓ ꝺo ꝛ erit accepta oblatio Ecce ego me totũ obtuli patri ꝓ te. dedi etiã totũ corp⁹ meũ ꝛ ſanguinẽ in cibũ vt tot⁹ tu⁹ eſſẽ ꝛ tu me⁹ pmaneres Si autẽ i teipſo ſteteris nec ſpõte te ad voluntatẽ meã obtuleris. nõ ẽ plena oblatio nec itegra erit iter nos vnio. Jdeo oia opera tua precedere debet ſpõtanea tui ipſius i man⁹ dei oblatio ſi libertatẽ conſequi vis ꝛ gratiã. Jdeo tã pauci illuminati ꝛ liberi int⁹ efficiũt. qꝛ ſe ipſos ex toto abnegare neſciũt. eſt firma ſentẽtia mea. niſi qs renũciauerit oib⁹ nõ põt me⁹ eẽ diſcipul⁹ Tu ḡ ſi optas me⁹ eẽ diſcipul⁹. offer teipꝫ mihi cũ oib⁹ afectib⁹ tuiſ

Quod nos ꝛ oia nr̃a ꝺo ḋbem⁹ offerꝛ ꝛ ꝓ oib⁹ orarꝛ. Cap. ix.

Domine oia tua ſũt q̃ i celo ſũt ꝛ i terra. Deſiderio meipꝫ tibi i ſpõtaneã oblationẽ offerre ꝛ tuus ppetue pmanerꝛ. Dñe i ſimplicitate cordis mei offero meipꝫ tibi hodie i ſuũ ſempiternũ. in obſequiũ ꝛ ſacrificiũ laudis ppetue Suſcipe me cũ hac ſcã oblatiõe tui pcioſi cõporis quã tibi hodie i pñſentia ãgeloꝝ inuiſibiliũ aſſiſtẽtiũ offerro. vt ſit pro me ꝛ ꝓ cũcto populo tuo i ſalutẽ Dñe offero tibi oia peccata ꝛ delicta mea q̃ cõmiſi corã te ꝛ ſãctꝭ angelis tuis a die quo primũ peccarꝛ potui vſqꝫ ad diẽ hãc. ſup placabili altari tuo. vt tu oia pariꝛ icẽdas ꝛ cõburas igne charitatꝭ tue. ꝛ deleas vniuerſas maculas peccatorũ meoꝝ: ꝛ ꝯſciẽtiã meã ab oi delicto emũdes. ꝛ rñſtituas mihi grãꝫ tuã ꝙ peccãdo amiſi. oia mihi plene idulgẽdo ꝛ in oſculũ pacꝭ me miſericordꝛ aſſumẽdo. Quid poſſũ agere ꝓ peccatꝭ m̃is niſi hũiliꝛ ea cõfitẽdo ꝛ lamẽtãdo ꝛ tuã ꝓpitiationẽ iceſſanꝛ ḋprecãdo? Deprecor tẽ exaudi me ꝓpiti⁹ vbi aſto corã te de⁹ me⁹. Oia pc̃ta m̃a mihi maxie diſplicẽt. Nolo ea vnq̃ ãplius ppetrarꝛ ſꝫ ꝓ eis doleo ꝛ dolebo ꝙ diu vixero. pat⁹ penitẽtiã agere ꝛ ꝓ poſſe ſatiſfacere. Dimitte mihi de⁹ Dimitte mihi pc̃tã m̃a. pp nomẽ ſcm̃ tuũ ſalua aiaꝫ m̃ã quã pcioſo ſãgũie tuo redemiſti. Ecce committo me miſericordie tue. reſigno me i manib⁹ tuis. age mecũ ſꝫ bonitatẽ tuã nõ ſꝫ meã maliciã ꝛ iniquitatẽ. Offero etiã tibi oia bona mea q̃uis valde pauca ꝛ ipſecta vt tu ea emẽdes ſctifices. vt ea gra-

ta habeas ꝛ accepta tibi facias ꝛ
ſp ad meliora trahas nec ñ ad be-
atū ꝛ laudabilē finē me pigrū ꝛ in
utilē homūtōēz ꝑducas. Offero ꝙ̃
tibi oīa deſideria deuotoꝝ neceſſi
tates parētū amicoꝝ fratꝝ. ſoroꝝ
oīuz ꝗꝫ charoꝝ moꝝ ꝛ eoꝝ q̄ mi-
hi vel aliȷ̄s ꝑpꝰ amorē tuū bñfece-
rūt ꝛ q̄ orōnes ꝛ miſſas ꝑ ſe ſuiſqꝫ
oibꝰ dici a me ꝯſideraueꝛt ꝛ petie-
ꝛt ſiue i carne adhuc viuāt ſiue iā
ſeclo defūcti ſit vt oēs ſibi auxiliū
gr̄e tue opē ꝯſolatonis. ꝓtectionē
a periculis liberationem a penis
aduenire ſētiāt: ꝛ vt ab oibꝰ malis
erepti gr̄as tibi magnificas leti ꝑ
ſoluāt. Offero etiā tibi p̄ces ꝛ ho-
ſtias placatōis ꝓ illis ſpāliť q̄ me i
aliq̄ leſeꝛt. cōtriſtauerūt aut vitu-
peraueꝛt vel aliqō damnū vel gra
uamē itulerūt. ꝓ is ꝙ̃ oibꝰ quos
aliq̄ñ cōtriſtaui cōturbaui graua-
ui ꝛ ſcādaliçaui. vbis factis ſcient
ꝛ ignorāt vt nobis oibꝰ pariť idul
geas pc̄ta nr̄a ꝛ mutuas offenſio-
nes: Aufer dn̄e a cordibꝰ nr̄is
omnē ſuſpitionē idignationē. iraꝫ
ꝛ diſceptationē: ꝛ quicq̄d pōt cha
ritatē ledere ꝛ fraternā dilectionē
minuere. Miſerere miſerere dn̄e
miſericordiā tuā poſcētibꝰ da gr̄ā
indigētibꝰ ꝛ fac nos tales exiſtere
vt ſimus digni gratia tua perfrui:
ꝛ ad vitā ꝑficiamꝰ eternā. Amen

Qꝫ ſacra coio de facili non eſt
relinquenda Cap. x

Frequēter recurrēdū ē ad
fontē gratie ꝛ diuine miſe
ricordie ad fontē bonitatꝭ
ꝛ totiꝰ puritatꝭ q̄tenꝰ a paſſionibꝰ
tuis ꝛ vitȷ̄s curari valeas ꝛ cōtra
vniuerſas tētatōēs ꝛ fallacias dia
boli fortioꝛ atqꝫ vigilantioꝛ effici
merearis Inimicꝰ ſciēs fructū ꝛ r̄
mediū maximū i ſacra coione po-
ſitū oī mō ꝛ occaſiōe nitiť fideles ꝛ
deuotos q̄tū preualet retrahere ꝛ
ipedire. Cū enim q̄dā ſacre coioni
ſe aptare diſponūt peiores ſathane
imiſſiōes patiūť. Ipſe eni neqꝫ ſpūs
vt i Job ſcribiť venit inť filios dei
vt ſolita eiꝰ nequitia pturbet aut ti
midos nimiū r̄ddat ꝛ pplexos q̄tē
nꝰ affectū eoꝝ minuat vł fidē ipu-
gnādo auferat ſi forte aut oio coio
nē relinquāt aut cū tēpore accedat
Sꝫ nō ē q̄cq̄ curādū de verſutȷ̄s
ꝛ fātaſȷ̄s illiꝰ q̄tūlibet turpibꝰ ꝛ
horridis ſꝫ cūcta fantaſmata i ca-
put eiꝰ ſūt retorq̄ēda. Cōtēnēdꝰ ē
miſer ꝛ ꝺridēdꝰ nec ꝓpť iſultꝰ eiꝰ
ꝛ ꝯmotōēs q̄s ſuſcitat ſacra ē omit
tēda coio. Sepe etiā ipedit nimia
ſollicitudo ꝓ deuotiōe habēda ꝛ
anxietates q̄dā de cōfeſſione faci-
enda. Age ſm ꝯſiliū ſapientū ꝛ de
pone anxietatē ꝛ ſcrupulū: q2 gr̄ā
dei ipedit ꝛ ꝺuotionē mēū ꝺſtruit.
Propter aliquā puā tribulationē
v grauitatē ſacrā ne dimittas cō
munionē: ſꝫ vade citiꝰ confiteri ꝛ
oēs offēſiōes aliȷ̄s libēter idulge
Si vō tu aliquē offēdiſti veniā hu
miliť p̄care ꝛ deꝰ libēť indulgebit
tibi. Quid ꝓdeſt diu tardare ꝯfeſ
ſionē aut ſacrā differre coionē? Et
purga te cū p̄mis expue velociť ve
nenū feſtina accipe r̄mediū. ꝛ ſen-
ties meliꝰ q̄ ſi diu diſtuleris. Si ho
die propť iſtud dimittis cras ꝺſiā

illud magis euellet ⁊ ſic diu poſſeſ a coione impediri ⁊ magis inept⁹ fieri. Quāto ḡ citius vales. a preſēti grauitate ⁊ ītertia te excutias qꝛ nihil iportat diu anxiari diu cū turbatiōe trāſire ⁊ ob quotidiana obſtacula ſe a diuinis ſequeſtrare imo plm nocet diu coionem ꝓtelare nā ⁊ graue tōpoꝛē cōſueuit inducē. Proh dolor q̄dā tepidi ⁊ diſſoluti moras cōfitēdi libēt accipiūt ⁊ coionē ſacrā idcirco differꝛ cupiūt ne ad maioꝛē ſui cuſtodiā ſe daꝛ teneāꝛ. Heu q̄ modicā charitatē ⁊ debilē deuotionē habēt qui ſacrā coionē tā facilꝛ poſtponūt. q̄ felix ille ⁊ deo accept⁹ habeꝛ q̄ ſic viuit ⁊ tali puritate ꝯſciētiā ſuā cuſtodit vt etiā oi die coicari parat⁹ ⁊ beñ affectat⁹ eſſet ſi ei liceret ⁊ ſie nota ageꝛ poſſet. Si q̄s iterdū abſtinet humilitatꝭ grā aut legitia ipediēte cauſa laudād⁹ eſt de reuerētia. Si aūt toꝛpoꝛ obrepſerit ſeip̄ꝫ excitaꝛ debet ⁊ facere qđ i ſe eſt ⁊ dñs aderit d̄ſiderio ſuo ꝓ bona volūtate q̄ ſpecialꝛ reſpicit. Cū vero legitime pꝛepedit⁹ ē. habebit ſēp bonaꝫ volūtatē ⁊ piā itentionē coicādi ⁊ ſic ñ carebit fructu ſacramēti. Pōt eni q̄libet deuot⁹ oi die ⁊ oi hoꝛa ad ſpiritualē xp̄i coionē ſalubꝛiꝛ ⁊ ſine ꝓhibitōe accedere ⁊ tñ certis dieb⁹ ⁊ ſtatuto tēpoꝛe coꝛp⁹ ſui redēptorꝭ cū affectuoſa reuerētia ſacramentaliꝛ debet ſuſcipe ⁊ magis laudē dei ⁊ honoꝛē ꝑtēdere q̄ ſuā cōſolationē querere. Nam totiens myſtice coicat ⁊ iuiſibiliter reficit quotiēs incarnatōis xp̄i myſteriū paſſionēq; d̄uote recolit ⁊ i amoꝛe ei⁹ accēdiꝛ. Qui aliꝛ ſe nō pꝛeparat niſi iſtāte feſto vel cōſuetudine cōpellēte ſepi⁹ iparat⁹ erit. Beat⁹ q̄ ſe dño i holocauſtū offert quotiēs celebꝛat aut coicat. Nō ſis i celebrādo nimis ꝓlix⁹ aut feſtin⁹ ſꝫ ſua bonū cōmūe modū cū q̄b⁹ viuis Nō d̄bes aliq̄s geñāre moleſtiā ⁊ tediū ſꝫ cōem ſua viaꝫ ſꝫ maioꝝ iſtitutionē ⁊ potius alioꝝ ſeruire vtilitati q̄ ꝓpe d̄uotōi vel affectui

Q corp⁹ xp̄i ⁊ ſacra ſcriptura maxime ſint anime fideli neceſſaria Cap̄. xj.

Dulciſſie dñe ih̄u q̄ta eſt dulcedo d̄uote anie tecuꝫ epulātis i ꝯuiuio tuo vbi ei nō ali⁹ cib⁹ mādu cād⁹ ꝑponiꝛ niſi tu vnic⁹ dilect⁹ ei⁹ ſup oia d̄ſideria coꝛdis ei⁹ deſiderabilis. Et mihi quidē dulce foꝛet i pꝛeſentia tua ex itimo affectu lachꝛymas fūdere: ⁊ cū pia magdalena pedes tuos lachꝛymis irrigaꝛ. Sꝫ vbi ē hec deuotio: vbi lachꝛymarū ſanctarū copioſa effuſio. Certe i ꝯſpectu tuo ⁊ ſcōꝝ angeloꝝ tuoꝝ totū coꝛ meū ardeꝛ d̄beret ⁊ ex gaudio flere. Habeo eni te in ſacramento vere pꝛeſentē. q̄uis aliena ſpecie occultatū. Nā in ꝓpꝛia ⁊ diuina claritate te ꝯſpicere oculi mei ferre ñ poſſent: ſꝫ neq; tot⁹ mūd⁹ i fulgoꝛe gloꝛie maieſtatꝭ tue ſubſiſteret. In hoc ergo ibecillitati mee ꝯſulis q̄ te ſub ſacramento abſcondis. Habeo vere ⁊ adoꝛo quē āgeli adoꝛāt i celo: ſed ego adhuc interim i fide. Illi autē in ſpecie ⁊ ſine velamine

Me opoꝛtet conteptū eſſe i lumie
vere fidei ⁊ in ea ambulare donec
aſpiret dies etne claritatꝭ ⁊ vmbꝛe
figurarū iclinent. Cū autē venerit
qđ pfectū ē ceſſabit vſus ſacramē-
toꝝ qꝛ beati i gloꝛia celeſti nō egēt
medicamine ſacramētali. gaudent
eni ſine fine i pꝛeſentia dei facie ad
faciē gloꝛiā eius ſpeculātes ⁊ d cla
ritate i claritatē abyſſalis deitatis
trāſfoꝛmati guſtāt vbū dei carnē
factū: ſicut fuit ab initio ⁊ manet i
eternum. Memoꝛ hoꝝ mirabiliū
graue mihi fit tediū etiā quodlibꝫ
ſpirituale ſolatiū qꝛ q̄diu dn̄ꝫ mū
apertc i ſua gloꝛia nō video ꝓ ni-
hilo duco omne qđ i mūdo ꝯſpi-
cio ⁊ audio. Teſtis es tu mihi de⁹
q̄ nulla pōt me res cōſolari nulla
creatura quietare niſi tu de⁹ me⁹
quē deſidero eternaliter cōtēplari
Sꝫ nō ē hoc poſſibile durāte me
i hac moꝛtalitate. Jdeo opoꝛtet ut
me ponā ad magnā patiētiā ⁊ me-
ipſū i oī deſiderio tibi ſubmittam:
Nā ⁊ ſācti tui dn̄e qui tecū iam⁹ in
rgno celoꝝ exultāt. i fid ⁊ patiētia
magna dū viuerēt aduētū glīe tue
expectabāt. Quod illi crediderūt
ego credo qđ illi ſperauerunt ego
ſpero quo illi ꝑuenerāt p grāꝫ tuā
me vēturū cōfido. Ambulabo ite-
ri i fide exēplis cōfoꝛtat⁹ ſanctoꝝ
Habeo etiā libꝛos ſāctos ꝓ ſola-
tio ⁊ vite ſpeculo: atqꝫ ſup hec oīa
ſāctiſſimū coꝛp⁹ tuū pꝛo ſingulari
remedio ⁊ rfugio. Duo nāqꝫ mihi
neceſſaria ꝑ maxime ſētio i hac vi-
ta. ſine qb⁹ mihi ipoꝛtabilis foꝛet
iſta miſerabilis vita Jn carcere coꝛ
poꝛis hui⁹ detent⁹ duob⁹ me egere
fateoꝛ cibo ſcilicꝫ ⁊ lumie. Dediſti
itaqꝫ mihi ifirmo ſacrū coꝛp⁹ tuū
ad refectionē mētis ⁊ coꝛpoꝛis ⁊
poſuiſti lucernā pedib⁹ meis vbū
tuū. Sine his duob⁹ bene viuere
nō poſſē. nā verbū dei lux anime
mee. ⁊ ſacramētū tuū panis vite.
Hec poſſūt etiā dici mēſe due hic ⁊
ide i gaꝫophylatio ſancte eccleſie
poſite: Una menſa eſt ſacri altaris
habēs panē ſanctū idest coꝛp⁹ xp̄i
pꝛecioſū. Altera eſt diuine legis cō
tinēs doctrinā ſāctā. erudiēs fidē
rectā ⁊ firmiī vſqꝫ ad iterioꝛa ve-
laminis vbi ſūt ſancta ſanctoꝝ per
ducēs. Gratias tibi dn̄e ih̄u lux lu
cis eterne ꝓ doctrine ſacre menſa
q̄ nobis p ſuos tuos ꝓphetas ⁊
apl̄os alioſqꝫ doctoꝛes miniſtraſti
Gratias tibi creatoꝛ ⁊ redemptoꝛ
hoīuꝫ qui, ad dclarādā toti mūdo
charitatē tuā cenā paraſti magnā i
qua nō agnū typicū ſꝫ tuū ſanctiſ-
ſimū coꝛpus ⁊ ſāguinē pꝛepoſuiſti
māducādū letificās omnes fideles
cōuiuio ſacro ⁊ calice iebꝛiās ſalu-
tari: in quo ſūt omnes delitie pa-
radiſi. ⁊ epulāt nobiſcū angeli ſan
cti. ſed ſuauitate feliciori. O q̄ ma
gnū ⁊ honoꝛabile eſt officiū ſacer-
dotū quib⁹ datū ē dn̄m maieſtatꝭ
verbis ſacris ꝯſecrare labijs bn̄-
dicere manib⁹ tenere. oꝛe pꝛopꝛio
ſumere: ⁊ ceteris miniſtrare. O q̄
mūde debēt eſſe man⁹ ille q̄ purū
os. q̄ ſāctū coꝛpus. q̄ imaculatuꝫ
erit coꝛ ſacerdotis: ad quē totiens

ingreditur auctoꝛ puritatiſ. Ex oꝛe
ſacerdotiſ nihil niſi ſãctũ nihil niſi
honeſtũ ⁊ vtile ꝓcedere debꝫ vbũ
qui tã ſepe xp̃i accipit ſacramẽtũ
Oculi eiꝰ ſimplices ⁊ pudici q̃ xp̃i
coꝛpꝰ ſolẽt intueri. Manꝰ pure ⁊ i
celũ eleuate que creatoꝛẽ celi ⁊ t̃re
ſolẽt cõtrectare. Sacerdotibꝰ ſpe-
cialiter in lege dicit̃. Sancti eſtote
qm̃ ego ſanctus ſũ dñs deꝰ veſter
Adiuuet nos gr̃a tua omnipotens
deꝰ vt qui officiũ ſacẽdotale ſuſe
pimꝰ digne ac deuote tibi in oı̃ pu
ritate ⁊ conſciẽtia bona famulari
valeamꝰ. Et ſi nõ poſſumꝰ i tanta
innocẽtia vite cõuerſari vt debemꝰ
concede nobis tñ digne flere mala
q̃ geſſimꝰ. vt i ſpiritu humilitatis
ac bone volũtatis ꝓpoſito tibi fer
uẽtiꝰ de cetero deſeruire valeamꝰ

Q̃ magna diligẽtia ſe debeat cõi
caturꝰ xp̃o preparare. Cap. xij

Ego ſũ puritatis amatoꝛ
⁊ datoꝛ oıs ſãctitatiſ. Ego
coꝛ purũ q̃ro ⁊ ibi ẽ locꝰ
requietõis mee. Para mihi cena-
culũ grãde ſtratũ: ⁊ faciã apud te
paſca cũ diſcipl'is meis Si vis ve
niã ad te ⁊ apd te maneã expurga
vetꝰ fermẽtũ ⁊ mũda coꝛdis tui ha
bitaculũ Exclude totũ ſeclũ ⁊ oẽꝫ
vicioꝛũ tumultũ. ſede tanq̃ paſſer
ſolitarius i tecto. ⁊ cogita exceſſꝰ
tuos in amaritudine aı̃e tue. Oıs
nãq; amans ſuo dilecto amatoꝛi
optimũ ⁊ pulcherrimũ ꝑparat lo
cũ q: i hoc cognoſcit̃ affectꝰ ſuſci-
pientis dilectũ. Scito tñ te non
poſſe ſatiſfacere huic ꝑparatiõi ex
merito tue actionis, etiã ſi ꝑ integrũ
annũ te ꝑparares ⁊ nihil aliud in
mẽte haberes: Sꝫ ex ſola pietate
⁊ gratia mea ꝑmitteris ad menſã
mã accedere ac ſi mẽdicꝰ ad p̃ndiũ
vocaret̃ diuitis. ⁊ ille nihil aliud
habeat ad retribuendũ beneficijs
eiꝰ niſi ſe humiliãdo ⁊ regratiãdo
Fac quod i te eſt ⁊ diligẽter facito
nõ ex cõſuetudine. non ex neceſſi-
tate. ſꝫ cũ timoꝛe ⁊ reuerẽtia ⁊ affe
ctu accipe coꝛpꝰ dilecti dñi dei tui
dignãtis ad te venire. Ego ſũ qui
vocaui ego iuſſi fieri, ego ſupplebo
quod tibi deeſt veni ⁊ ſuſcipe me.
Cũ gratiã deuotõis tribuo grati-
as age deo tuo: ñ q: dignꝰ es ſꝫ q:
tui miſertꝰ ſum. Si nõ habes ſed
magis aridũ te ſentis iſiſte oꝛatõi
ingemiſce ⁊ pulſa. nec deſiſtas do-
nec merearis micã aut guttã gratie
ſalutaris accipere. Tu mei idiges
nõ ego tui indigeo. Nec tu me ſan
ctificare venis ſꝫ ego te ſanctifica
re ⁊ melioꝛare venio. Tu venis vt
ex me ſanctificeris ⁊ mihi vniaris
vt nouã gratiã recipias ⁊ de nouo
ad emendationẽ accẽdaris. Noli
negligere hãc gratiã ſemper ꝑpa-
ra cũ omni diligentia coꝛ tuũ ⁊ in-
troduc ad te dilectũ tuũ. Opoꝛtet
autẽ vt nõ ſolũ te p̃pares ad de-
uotionẽ ante cõionem ſꝫ vt etiã te
ſollicite cõſerues in ea poſt ſacra-
mẽti ꝑceptionẽ. Nec minoꝛ cuſto-
dia poſt exigit̃ q̃ deuota ꝑparatio
pꝛius. Nam bona poſtmodũ cuſto
dia optima iterũ eſt pꝛeparatio ad
maioꝛẽ gratiã conſequẽdã. Ex eo

quippe valde idiſpoſit⁹ quis redditur ſi ſtatim fuerit nimis effuſus ad exteriora ſolatia. Caue a mltiloquio mane i ſecreto ⁊ fruere do tuo. Ipſuȝ enim habes quē totus mūdus tibi auferre n̄ poteſt. Ego ſū cui te totū dare debes ita vt iaȝ vltra nō in te ſed in me abſqȝ omni ſollicitudine viuas.

Q toto corde anima deuota xpi vnionem i ſacramēto affectare debet Cap. xiij.

Uis mihi det dn̄e vt inueniā te ſolū ⁊ aperiā tibi totū cor meū ⁊ fruar te ſicut deſiderat anima mea ⁊ iaȝ me nemo dſpiciat nec vlla crĕatura me moueat vel reſpiciat ſȝ tu ſolus mihi loquaris ⁊ ego tibi ſicut ſolet dilectus ad dilectū loqui: ⁊ amicus cū amico conuiuari. Hoc oro hoc deſidero vt tibi totus vniar: ⁊ cor meū ab omnib⁹ creatis rebus abſtraham magiſqȝ per ſacram coionem ac frequenter celebrationem celeſtia ⁊ etna ſapere diſcam. Ah dn̄e de⁹ qn̄ ero tecum totus vnit⁹ ⁊ abſort⁹ meiqȝ totaliter oblitus: Tu i me ⁊ ego i te ⁊ ſic nos pariť i vnū manere concede. Uere tu es dilect⁹ meus elect⁹ ex milibus in quo cōplacuit anime mee habitarť omnibus diebus vite ſue. Uere tu pacificus meus i quo pax ſumma ⁊ requies vera. extra quē labor ⁊ dolor ⁊ iſinita miſeria. Uere tu es deus abſcōditus: ⁊ conſilium tuū non eſt cum impijs ſed cū humilib⁹ ⁊ ſimplicib⁹ ſermo tuus. O q̄ ſuauis ē dn̄e ſpiritus tuus: qui vt dulcedinem tuaȝ in filios demonſtrares pane ſuauiſſimo de celo dſcendente illos reficē dignaris. Uere non eſt alia natio tā grandis que habeat deos appropiquātes ſibi ſicut tu de⁹ noſter ades vniuerſis fidelib⁹ tuis: quibus ob quotidianū ſolatiū ⁊ cor erigendū i celū te tribuis ad edendū ⁊ fruendum. Que eſt enim alia gens tā inclyta ſicut plebs xpiana: aut q̄ creatura ſub celo tā dilecta vt anima dūota ad quā igredit deus vt paſcat eā carne ſua glorioſa: O ineffabilis gr̄a o ămirabilis dignatio o amō imenſus homini ſingularit impenſus. Sȝ quid retribuā dn̄o p gr̄a iſta. p charitate tam eximia: Non eſt aliud quod grat⁹ donare queā q̄ vt cor meū deo meo totaliter tribuā ⁊ intime cōiungā. Tūc exultabūt oia interiora mea cū pfecte fuerit vnita deo aīa mea. Tūc dicet mihi ſi tu vis ēe mecū ego volo eē tecū. Et ego reſpōdebo illi. Dignare dn̄e manerť mecū ego volo libēť eſſe tecū. Hoc ē totū dſideriū meū vt cor meum tibi ſit vnitum.

De quorūdā dūotorū ardēti deſiderio ad corp⁹ xpi. Cap. xiiij.

Uam mag⁹ mltitudo dlcedinis tue dn̄e q̄ abſcōdiſti timētib⁹ te. Qn̄ recordor dūotoꝝ aliquoꝝ ad ſacramētū tuū dn̄e cū maxia deuotōe ⁊ affectu accedētiū tūc ſepi⁹ in meipſo confundor ⁊ erubeſco q̄ ad altare tuuȝ ⁊ ſacre cōmunionis menſam

tam tepide ⁊ frigide accedo. ꝙ ita
aridus ⁊ ſine affectiõe cordis ma-
neo ⁊ ꝙ nõ ſum totaliter accenſus
corã te deo meo nec ita vehemẽter
attractus ⁊ affectus ſicut m̃lti de-
uoti fuerũt qui pre nimio ꝺſiderio
coionis ⁊ ſenſibili cordis amore a
flectu ſe nõ potuerunt continere ſꝫ
ore cordis ⁊ corpoꝛ pariter ad te
deũ fontẽ viuũ medullitus inhia
bãt ſuam eſuriẽ non valentes ali-
ter tẽperare nec ſatiare niſi corpus
tuũ cũ omni iocunditate ⁊ ſpiritu-
ali auiditate accepiſſent. O vera
ardens fides eorũ probabile exi
ſtens argumentum ſacre preſentie
tue. Iſti enim veraciter cognoſcũt
dñm ſuũ i fractione panis: quorũ
cor tam valide ardet in eis de ihũ
ambulante cum eis. Longe ẽ a me
ſepe talis affect⁹ ⁊ deuotio taꝫ ve
hemẽs amor ⁊ ardor. Eſto mihi
ꝓpitius ihũ bõe dulcis ⁊ benigne
⁊ concede pauperi mẽdico tuo vel
interdũ modicũ de cordiali affectu
ãmoris tui i ſacra coione ſentire vt
fides mea magis cõualeſcat. ſpes i
bonitate tua ꝓficiat: ⁊ charitas ſe-
mel ꝑfecte accẽſa ⁊ celeſtẽ mãna ex
perta nũꝙ deficiat. Potẽs ẽ autẽ
miſericordia tua etiã gratiã deſide
ratã mihi preſtare ⁊ i ſpiritu ardo
ris cũ dies beneplaciti tui aduene
rit me clementiſſime viſitare. Et-
enim licꝫ tanto deſiderio tam ſpe-
cialiũ deuotorũ tuorũ nõ ardeo. tñ
de gratia tua illius magni inflãma
ti deſiderij ꝺſideriũ habeo orãs ⁊
deſiderãs omniũ taliũ feruidorũ
amatorũ tuorũ participem me fi-
eri ac eorum ſancto conſortio an-
numerari

## Q gratia deuotionis humi-
litate ⁊ ſuipſius abnegatione
acquiritur Cap. xv.

Portet te deuotionis gra
tiã inſtanter querere ide-
ſinenter petere patiẽter ⁊
fiducialiter expectare gratãter re-
cipere humiliter cõſeruare. ſtudio
ſe cũ ea operari. ac deo tẽp⁹ ⁊ mo-
dũ ſuperne viſitatõis donec veiat
cõmittere. Humiliare precipue te
debes cũ parũ aut nihil deuotiõis
nterius ſentis ſed nõ nimiũ deijci
ĩnec inordinate cõtriſtari. Dat ſepe
de⁹ i vno breui momẽto qḋ lõgo
negauit tempore. Dat etiã qñꝙ in
fine quod i pricipio orationis lar
gire diſtulit. Si ſemper cito gratia
daretꝛ ⁊ ꝓ voto adeſſet nõ eſſet iſir
mo hoi benẽ portabile. Propterea
i bona ſpe ⁊ humili patiẽtia expe
ctãda ẽ deuotiõis gratia. Tibi tñ
⁊ peccatis tuis iputa cũ nõ datꝛ vl
etiã occulte tollitꝛ. Modicũ qñꝙ
ẽ quod gratiam ipedit ⁊ abſcõdit
ſi tamẽ modicũ ⁊ nõ potius grãõ
dici debeat qḋ tantũ bonũ ꝓhibet
Et ſi hoc ipſum modicũ vel gran-
de a moueris ⁊ ꝑfecte viceris erit
qḋ petiſti. Statim nãꝙ vt te deo
ex toto cõde tradiderl nec hoc vl
illud ꝓ tuo libitu ſeu velle qſieris
ſed integre te in ipſo poſueris vni-
tum te inuenies ⁊ pacatum: quia
nil ita bene ſapiet ⁊ placebit ſicut
beneplacitum diuine voluntatis.

Quiſquis ergo intentionē ſuā ſimplici corde ſurſū ad deū leuauerit ſeq; ab omni iordinato amore ſeu diſplicētia cuiuſlibet rei create euacuauerit aptiſſimus gratie percipiende ac dign⁹ deuotionis munere erit. Dat enim dñs ibi benedictōē ſuam vbi vaſa vacua īuenerit. Et quāto pfecti⁹ quis īfimis renūciauerit ⁊ magis ſibiipſi p cōtemptū ſui morit. tāto gratia celeri⁹ venit copioſius intrat ⁊ altius libeꝝ cōelenat. Tūc videbit ⁊ affluet ⁊ mirabitur ⁊ dilactabit cor eius i ipo qꝛ manus dñi cū eo: ⁊ ipe ſe poſuit totaliter i manu ei⁹ vſq; in ſeculū Ecce ſic benedicet homo qui q̄rit deū i toto corde ſuo nec in vanū accipit animā ſuā. Hic in accipiendo ſacram eucharistiam magnam promeretur ⁊ iuine vnionis gratiā: qꝛ non reſpicit ad ꝓpriā deuotionē ⁊ conſolationē: ſed ad dei gloriam ⁊ honorem.

Q necceſſitates noſtras xp̄o aper re ⁊ ei⁹ gratiā poſtulare debemus Cap̄: xvi.

Dulciſſime atq; amantiſſime dñe quē nūc deuote ꝯ ſidero ſuſcipere tu ſcis infirmitatē meā ⁊ neceſſitatē quā patior. in quātis malis ⁊ vitijs iaceo q̄ ſepe ſuꝫ grauatus. tentatus. turbatus ⁊ inquinatus. Pro remedio ad te venio pro conſolatione ⁊ ſb leuamine te dēprecor. Ad oia ſciētē loquor cui manifeſta ſunt oia interiora mea: ⁊ qui ſol⁹ potes me pfecte conſolari ⁊ adiuuare. Tu ſcis quibus bonis indigeo pre oib⁹. ⁊ q̄ pauper ſum i virtutib⁹. Ecce ſto ante te pauper ⁊ nudus gratiā poſtulās ⁊ miſericordiā iplorās. Refice eſurientē mendicū tuū. accēde frigiditatē meā igne amoris tui illumina cecitatem meā claritate preſentie tue. Uerte mihi omnia terrena i amaritudinē. omnia grauia ⁊ contraria in patiētiā. oia infima ⁊ creata in cōtemptū ⁊ obliuionē. Erige cor meū ad te i celū. ⁊ ne dimittas me vagari ſup terrā Tu ſolus mihi ex hoc iā dulceſcas vſq; in ſeculū. qꝛ tu ſolus cibus ⁊ pot⁹ meus amor meus ⁊ gaudiū meū dulcedo mea ⁊ totuꝫ bonuꝫ meū Utinā me totaliter ex tua preſētia accēdas. cōbures: ⁊ in te tranſmutes. vt vnus tecū efficiar ſpirit⁹ per gratiam iterne vnionis ⁊ liquefactionē ardētis amoris. Ne patiaris me ieiuniū ⁊ aridū a te recedē ſed operare mecū miſericorditer ſicut ſepius operat⁹ es cū ſāctis tuiſ mirabiliter. Quid mirū ſi tot⁹ ex te ignoſcerē ⁊ i meipſo deficerē cū tu ſis ignis ſemp ardens ⁊ nūq̄ ꝺficiens. amor corda purificans ⁊ itellectū illumtnans.

De ardenti amore ⁊ vehementi affectu ſuſcipiendi xp̄m. Uox diſcipuli Cap̄. xvij.

Um ſūma deuotiōe ⁊ ardenti amore cū toto cordis affectu ⁊ feruore deſidero te dñe ſuſcipere quēadmodū multi ſancti ⁊ deuote perſone i cōmunicādo te deſiderauerunt: qui

tibi maxime in ſanctitate vite pla cuerunt: ⁊ in ardētiſſima deuotōe fuerunt. O deus meus amor eīn⁹ totū bonū bonū meū felicitas īmi nabilis cupio te ſuſcipere cū vehemētiſſimo deſiderio ⁊ digniſſima reuerentia ꝙ aliquis ſāctorū vnꝗ habuit ⁊ ſentire potuit. Et licȝ indignus ſum omnia illa ſentimenta deuotionis habere tamē offero tibi totum cordis mei affectuȝ ac ſi omnia illa gratiſſime iflāmata deſideria ſolus haberem. Sed ⁊ que cūꝗ poteſt pia mens cōcipere ⁊ dſiderare. hec omnia tibi cuȝ ſūma reuerentia veneratione ac intimo fauore prebeo ⁊ offero Nihil opto mihi reſeruare ſȝ me ⁊ omnia mā tibi ſponte ⁊ libentiſſime imolare Dñe deus meus creator me⁹ ⁊ redemptor meus cū tali affectu. reuerentia. laude ⁊ honore. cum tali gratitudine dignitate ⁊ amore. cū tali fide. ſpe ⁊ puritate te affecto hodie ſuſcipere ſicut te ſuſcepit ⁊ deſiderauit ſanctiſſima mater tua glorioſa virgo maria. quādo āgelo euāgeliȝāti ſibi icarnatōis myſteriū humiliter ⁊ deuote reſpōdit Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbum tuū. Et ſicut beatus pcurſor tuus excellentiſſimus ſanctoꝝ. Johannes baptiſta in preſentia tua letabūdus exultauit i gaudio ſpirit⁹ ſancti dum adhuc maternis claudiretꝰ viſcerib⁹: ⁊ poſtmodum cernens iter homines ihm ambulātē valde ſe humiliās deuoto cū affectu dicebat: Amicus autem ſpōſi qui ſtat ⁊ audit eū gaudio gaudet propter vocem ſpōſi: ſic ⁊ ego magnis ⁊ ſacris deſiderijs opto inflāmari ⁊ tibi extoto corde meipſum preſētare. Unde ⁊ oiuȝ deuotorū cordiū iubilationes ardētes affectus. mētales exceſſus ac ſupnales illuminationes ⁊ celicas viſiones tibi offero ⁊ exhibeo cū omnib⁹ virtutib⁹ ⁊ laudib⁹ ab omni creatura in celo: ⁊ in terra celebratis ⁊ celebrādis pro me ⁊ omnib⁹ mihi in oratione cōmēdatis. quatenus ab omnibus digne lauderis ⁊ in perpetuū glorificeris. Accipe vota mea dñe de⁹ me⁹ ⁊ dſideria infinite laudationis ⁊ imēſe benedictionis que tibi ſm multitudinē ineffabilis magnitudinis tue iure debētur. Hec tibi reddo ⁊ reddere dſidero p ſigulos dies ⁊ momēta temporꝫ atꝗ ad reddēdū mecum tibi gratias ⁊ laudes omnes celeſtes ſpiritus ⁊ cūctos fideles tuos precib⁹ ⁊ affectib⁹ inuito ⁊ exoro. Laudēt te vniuerſi populi. trib⁹ ⁊ lingue ⁊ ſanctū ac melliſluū nomē tuū cum ſūma iubilatione ardenti deuotiōe magnificēt. Et quicūꝗ reuerenter ac deuote altiſſimū ſacramētū tuū celebrant ⁊ plēa fide recipiūt. gratiam ⁊ miſericordiaȝ apud te inuenire merēatur ⁊ p me peccatore ſuppliciter exorēt. Cūꝗ optata deuotione ac fruibili vnione potiti fuerit ⁊ bene cōſolati ac mirifice refecti ⁊ de ſacra mēſa celeſti abſeſſerint. mei pauperis recordari dignentur.

Q: homo nō ſit curioſus ſcrutator ſacramēti: ſʒ humilis imitator xp̄i. ſubdendo ſenſū ſuuʒ ſacre fidei Cap. xvij.

Auendū eſt tibi a curioſa ꝛ inutili ꝑ ſcrutatione huius ꝓfūdiſſimi ſacremēti ſi non vis in dubitationis ꝓfūdū demergi. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimet a gloria. Plus valet deus operari ꝙ homo itelliget poteſt. Tolerabilis pia ꝛ humilis inquiſitio veritatis. parata ſemꝑ doceri ꝛ ꝑ ſanas patrū ſententias ſtudēs ambulare. Beata ſimplicitas que difficiles queſtionum reliquit vias ꝛ plana ac firma pergit ſemita mādatorum dei. Multi deuotionem perdiderūt dum altiora ſcrutari voluerūt. Fides a te exigit ꝛ ſincera vita. nō altitudo intellectus neqꝫ profūditas myſterioruʒ dei. Si nō intelligis nec capis que infra te ſūt. quō comprehendes ea que ſupra te ſunt? Subde te deo ꝛ humilia ſenſū tuū fidei. ꝛ dabitur tibi ſcientie lumē prout tibi fuerit vtile ac neceſſariuʒ. Quidam grauiter tentant de fide ac ſacramēto: ſed nō eſt hoc ipſis iputandū. ſed potius inimico. Noli curare. noli diſputare cum cogitationibꝰ tuis nec ad imiſſas a diabolo dubitationes reſpōde: ſed crede verbis dei crede ſanctis eius ꝛ ꝓphetis ꝛ fugiet a te nequā inimicꝰ. Sepe multū ꝓdeſt ꝙ talia ſuſtinet dei ſeruꝰ Nam infideles ꝛ peccatores non tentat q̄s ſecure iam poſſidet: fideles aūt deuotos varijs modis tētat ꝛ vexat. Perge ergo cū ſimplici ꝛ indubitata fide: ꝛ cuʒ ſimplici reuerentia ad ſacramentum accede. Quicquid itelligere nō vales deo omnipotenti ſecure cōmitte. Non fallit te deus: fallit qui ſibi nimiū credit. Gradit deus cū ſimplicibꝰ reuelat ſe humilibus. dat itellectū paruulis aperit ſenſū puris mentibus ꝛ abſcōdit gratiam curioſis ꝛ ſuperbis. Ratio humana debilis eſt ꝛ falli poteſt fides: aūt vera falli nō poteſt. Omnis ratio ꝛ naturalis inueſtigatio fidē ſequi debet: nō precedere nec infringere. Nam fides ꝛ amor ibi maxime precelūt ꝛ occultis modis i hoc ſanctiſſio ꝛ ſup excellentiſſimo ſacramēto operantur. Deus eternꝰ ꝛ imēſus infiniteqꝫ potentie facit magna ꝛ inſcrutabilia in celo ꝛ in terra: nec eſt inueſtigatio mirabilium operū eiꝰ. Si talia eſſent opera dei vt facile ab humana ratione caperent: nō eſſent mirabilia. nec ineffabilia dicenda.

Explicit liber quartus ꝛ vltimus de ſacramento altaris.

Johannis Gerſon cancellarij pariſienſis. de contēptu mundi deuotū ꝛ vtile opuſculuʒ finit M.cccc.lxxxv. per Dionyſiuʒ ꝛ Peregrinum eius ſotium bononienſes.

Deo Gratias. Amen.

R. ACADEMIA DE LA HISTORIA
BIBLIOTECA
S.N ROMAN

41